

A sanat, lignumque etiam sissum & contractum, si injicias, coalescit. Antigonus in Mir. nat.

Thepiarium fons conceptus mulieribus representat. Item in Arcadia flumen Elatum. Custodit autem parum Linus fons in eadem Arcadia, abotusque ferti non patitur. Plinius lib. 31. c. 1. Theophrastus in lib. de plantis dicit, aquam esse filiorum feracem, velut in Thepiis, & in Pyria sterilem: ex dulcibus aquis quaedam esse steriles, vel certe parum fecundas, sicut quae in Phaea & Tharrha. Athen. lib. 2. c. 2.

Tungri civitas Galliae, fontem habet insignem plurimis bullis stillantem, ferruginei saporis, quod ipsum non nisi in fine potus intelligitur: purgat hic corpora, tertianas febres discutit, calculorumque vitia. Plin. lib. 31. c. 1.

Supra Burgensem civitatem in Hispania, ad passuum millia circiter viginti, versus Orientem, pagus est nomine Boetius, sub altissima rupe positus, ex qua fonticulus effluens, in planiciem apud pagum praenominatum descendit, & duos in lacus ingreditur, quibus tantam vim salubritatis & virtutis infundit, ut omnes fluxum sanguinis patientes, cum hac aqua lavantur, statim liberentur. Marinius lib. 1. rerum Hisp.

B In Baetica provincia juxta oppidum Antiqueram fons est Antiquarius, potu suo calculos dissolvens; ideoque a Petra, quam extrahit per urinam, cognominatus est. Ibid.

Referunt in Bonica insula, quae ab Hispaniola orbis novi nec passuum millibus distat, fontem in vertice montis esse qui fenes refluit, non tamen canos mutet, nec tollat jam contractas rugas. Cujus rei praeter perseverantem famam, loquax testis Petrus Martyr Angerius Mediolanensis, a secretis Regis olim Hispaniarum, in suis decaudibus orbis nuper inventi. Cardanus de Subtilitate, lib. de Elementis.

Variis Uliis. Apud Hierapolim Syriae aqua quaedam adeo tingendis lanis idonea est, ut ex radicibus tincta cum his decerent, quae ex vermiculo purpuraeque tingunt. At adeo exuberat aquarum vis, ut regnabalis sponte nascentibus plena inveniantur. Strabo lib. 13.

Refert secundo libro Plinius, fontem esse quendam in Dodona, qui cum sit frigidissimus, faces si quis ardetes immergat, extinguit; si extinctae admoveantur, accendit. Erasmus in Adagiis.

C In Islandia fons est, qui exhalatione sua omnia vicina in lapideae naturae duritiem transmutat. Saxo, lib. 1. FRUCTUS. PUTA Oleum.

Ab Edinburgo Scotiae urbe plus minus duobus passuum millibus fons est, cui olei guttae innatant, ut si nihil inde collegeris, nihil plus confluat: quantumvis autem abstuleris, nihilominus remaneat. Natum esse ajunt effusio illic oleo D. Catharinae, quod a D. Margarita ex Monte Sinai adferrebat. Fidem rei faciunt, fontis nomen divae Catharinae inditum, atque in ejusdem honorem sacellum juxta, divae Margaritae jusse, edificatum: valet hoc oleum contra varias cutis scabritates. H. Boethius in Scotia descriptione.

* PISCES. Fama est, in Caria circa Lorum urbem, ingentem aquarum copiam de terra exsilisse, afferentem secum animalium copiosam turbam, & inter ea pisces in tenebris saginatos, haecentis ignotos, & antea non vilos. Refertur in comm. Comimb. Collegii in c. 4. meteor.

D * FONTIUM MOTUS, ET QUALITATES VARIAE.

Fontium motus a loco unde, oriuntur, multum dependet, ut puta si loco editiore, aut minus edito: aut si per rupes angusto meatu percurrant, sic enim autardius, aut celerius exsiliunt. Quidam vero tanta vis exsiliunt, ut & saxa extrudant. Veluti Mariæ fons in Phrygia ad Celenarum oppidum.

Alii quodvis pondus immisissum remittunt, ut in Arabia, cujus etiam natura fuit alius in Lusitania, in agro Catineni, prope oppidum quod Cantanhede dicitur.

Quidam injecta absorbent. Ut unus qui exstat in eodem agro, & meminit utriusque Plinius lib. 2. nat. hist. c. 103.

Nonnulli, quamvis aqua superabundans, nunquam exsiliunt, ita Pyrene in radice Arraborianthi.

Alii frigidissimi, tamen more effervescentis aquae ad ignem ebulliunt; nec tamen aquas extra labra evomunt, sed reforescent. Ut in Eibogano Aciatula, quam insanam vocant, & Fons in Cappadocia ad oppidum Tyana.

Alii modo intumescunt, modo resident, ut Crater Turin-

giae: item fons Pluviana Italica dicitur, in Comensi juxta Larium E lacum, qui id singulis horis, aut saltem ter in die facit.

Sunt & qui mensuram aemulantur, & cum eo incrementa & decrementa accipiunt: talis est in Gadibus unus, & Burdegale in Gallia alter.

Alii contracto modo se habent, nam mari aestuante, illi exsiliunt, quales in Hispania plerique.

In Cantabria tres sunt fontes octenis pedibus distantes, & in unum alveum vasto amne coeunt, qui singulis diebus sicantur duodecies, aliquando vicies.

Quidam fontes sua se sponte expurgant, sic in Cherfenne- so, Rhodiorum fons.

Apud Garamantes fons est tam frigidus, ut in potum simi nequeat, idque die noctu verò ita calidus, ut contingi nequeat. Alius in India perhibetur, in quo lucerna extincta accenduntur. Item alium ferunt Jovis Ammonis appellatum, qui sub luce manantibus aquis tepet, frigitque in meride, calet vespere, & media nocte aestuat.

Alibi, ut in Liguria, Paphlagonia, & Caleno agro, inebriant instar vini.

Alius Atania in Arcadia provincia tantum ingerit vini triduum, ut neque gustare, nec odorari illud possit, qui aquas illius gustavit. Ita de simili cecinit Ovidius lib. Metam.

Clitorio de fonte sitim quicumque levavit, Vna fugit, gaudetque meris abstemis undis.

In Bœotia duo sunt fontes juxta flumen Orchoemon, quorum unus obliuionem inducit, estque Lethe: alius memoriam reficit.

In Aëta insula est fons, hebetes reddens sensus. In Æthiopia verò, generans insaniam.

* PROGNOSTICA. PRÆSAGIA.

Ex Fontibus.

Memorat Camerarius p. 1. bor. succi. c. 73. audivisse se ex Principe quodam Germaniae, esse in ditione sua fontem aliquoquin perennem, sed quando scaturigo ejus decrevit, certissimam portendere caritatem annonae: si exarefecit, famem, ideoque Fontem famis vulgo appellari.

De alio Fonte narrat P. Albinus in Chronico Misnensi, quod Glomuzi ab Albi vix duo passuum millia distans, dum tranquillitas & formosus frugibus annus est indigenis, aquis illius innatent glandes, triticum, & alia granorum generat: dum verò bella imminet, sanguinem aquae referant: si pestis, cineres is superantant.

Idem Camerarius supra, recenset, novissime se nobiles quosdam, qui certa mortis imminentes indicia habebant, si fons quidam limpidiissimus turbatur a verme ignoto: sit fides penes Auctorem.

Fontinalia.

Erant sacra Fontium apud Romanos, unde & Romae porta Fontinalis: Eo autem die, quo sacra haec celebrabantur, fontibus corona injiciebant, puteisque coronabant.

* Forma.

Principium rerum naturalium.

EJUS DIGNITAS DEFINITIO. NOMINA.

Formae substantialis, quae est tertium principium rerum naturalium, dignitatem & definitionem investigamus in praesenti; mox eam Formae acceptionem proponemus, a qua formosi dicuntur: cum a priori potius formati & informati, sive informes ac conformes appellemur.

Latuit olim veteres Physiologiae interpretes inesse rebus naturalibus formam, quae pars esset quidditatis; tamen Pythagoras & Cimaeus Loerensis eam asseruerunt, & cum illis Plato, sed omnium luculentissimè Aristoteles lib. 1. Physic. c. 7. text. 6. lib. 1. cap. 1. text. 12. cujus deinde sententiae omnes posteriores subscribunt.

Itaque unicuique rei naturali inest forma sua substantialis, quae gradum perfectionis, & verum esse accipiat; quae omnes elicit tum vitales, tum reliquorum munerum actiones, suaque varietate mundi hujus pulcherrimum theatrum exornet, & distinguat. Definitur autem Forma actus simplex substantialis, unum per se cum materia constitutus, sive suapte natura continuere nata. Pythagoras Formam appellat unum: quia scilicet vagam & incertam materiam rationem in unam contraheret, certamque

Atamque speciem. Unde ipsius dogma erat, Triam rerum esse initia: Infinitum, Unum, Duo, id est, Deum, Formam, Materiam. Timeus Loerensis apud Platonem, vocat Formam mentem: dicitque mundum hunc necessitate, hoc est materia; & mente, id est, forma consistere.

PLATO vocat formas Physicas, similes & effigies; quia sint quaedam imitationes Idearum. Item umbras, nempe Idearum.

Apud Aristotelem vocatur Forma quid divinum, optimum, pulchrum, & Finis, nempe generationis.

VARIA FORMARUM PRODUCTIO.

Formae aliae sunt ordinis naturalis, ut v. g. forma equi, quantitas, &c. aliae non naturales, ut gratia, lumen gloriae: aliae denique artificiales. Itaque formae ordinis naturalis educuntur de potentia materiae, apte ad eas suscipiendas dispositae, & eas suscipere idoneae: Hominis formam excipiunt, animam scilicet rationalem, quae creatur a Deo, infunditur in materiam, ut quae absque subiecto ullo per se cohaerere, & extra illud creati potest, uti & conservari.

Non naturales infunduntur a Deo: Artificiales verò resulant ex varia materiae compositione, & incisione; non eductur autem de illius potentia, ut quae ad illas naturalem propensionem non habeant.

Forma.

A QUAE FORMOSI, PULCHRI. DEFINITIO, ET PROPRIETATES.

Formam modò consideramus, quae fit apta membrorum figura cum coloris suavitate, quam Ovidius lib. 2. de arte amandi ita depingit:

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos, Fit minor, & spatio carpitur usque. Nec semper violae, nec semper lilium florent, Et riget amissa prima velut rosa. Et sibi jam venient canis formosa capillis, Lano venient rugae, quae tibi corpus aereat.

Philosophi definiunt Formam sive Pulchritudinem, qualitatem quandam in corpore exurgentem ex membrorum integritate, eorumque debita proportione, iuxta antiquitatem, & coloris suavitatem simul junctis. Unde si quid horum defuerit, Curtipudum erit.

FORMAE PRÆSTANTIA. DIGNITAS.

Pulchritudinem hic consideramus non modò absolutam, sed & convenientem ejus, qui ea praeditus est, aetati, viæ, conditioni. Illa simpliciter Formae elegantia dici potest: haec vero Formae dignitas, a qua vel primo aspectu quis regno, imperio, sacerdotio dignus iudicatur.

ACQUISITIO FORMAE.

Publica, Popularis ex ipso loco. Hesiodus lib. 3. Melampodiae, Chalcedem in Eubœa pulchras mulieres habentem nominat: nam formosae ibi mulieres nascuntur, velut testatur Theophrastus. Athen. lib. 13. c. 32. Hypapenas mulieres fuisse pulcherrimas, traditur. Est verò urbs Hypapna, quae a Thimolo descenditibus occurrit, ad Caystri campestris, nomine imposita, quia sit sub monte, qui Apos nuncupetur, sita, ac dicata Veneti. Calvus lib. 14. c. 1. Aniq. Lect.

Apud Tenedum, Trojanis adjacentem insulam, esse omnium, quorquod sint, Mulieres speciosissimas, in Asiae periplo scribit Nymphodorus. Calvus lib. 24. c. 9.

Senenses feminae inter Italicas praecellentes formae, & elegantis ingenii singulare decus, constanti omnium ferè fama obtinent. Sab. Supplem. lib. 28. ex Iovio.

Privata.

PHANEM omnibus hominibus elegantia formae praestantem, Venus in laetibus abscondit. Alii dicunt eum portitorem fuisse, & Venere trahere volentem, necientem, quantum esset, liberet promptèque recipere. Ei alabastrum cum unguento dea donavit, quo unctus omnium hominum speciosissimus evasit: atque ejus amore Mitylenenses feminae captae sunt, praesertim Sappho poetria, Scamandronymi filia. Deprehensus in supro, perit. Aelian. lib. 12.

Uxor Aegæi Lacedaemonii, Alcides F. quam postea duxit rex Ariston speciosissima fuit, ex turpissima talis facta. Siquidem eam claris ortum parentibus, nutrix infantem adhuc singulis diebus balujabat ad Helene templum, quod est in Therapne, supra sanum Phœbi: & stans ante simulacrum, deam precabatur, ut alumnam deformitate liberaret. Cui aliquando exeventi de templo, mulier quaedam apparuisse fertur, atque interrogasse illam, Quidnam in ulnis gestaret? Et cum nutrix se infantem L. B. T. beat. vit. Hum. an. Tom. III.

tem gestare respondisset, jussit sibi ostendi. Cùmque negaret E nutritrix se id facturam, quòd infantem parentes sui venissent ostendi cupiam, insitit prorsus, ut sibi ostenderetur. Nutrice puellam offendente, demulsit illa caput puellae, & dixit, futuram eam omnium Spartanorum formosissimam: ab ea igitur cum ea pristina species decidisset, posteaquam ad nubilem pervenit aetatem, eam duxit uxorem Agetus: Ariston verò astu Agetum perfasit, ut eam sibi concederet. Herod. lib. 6. & Pausanias in Lacon.

POSSESSIO. PULCHRI QUI. PUTA

Philosophi.

PYTHAGORAS philosophus tam formosus, ut illum discipuli opinarentur Apollinem esse, qui ex Hyperboreis venisset, cum nudatus aliquando esset, femur ejus aureum apparuisse, fama est. Laer.

DEMETRIUS Phaleræus, philosophus, ob formam χερσοβαλαρα & λαμπρόν à meretricibus quaedam appellatus fuit, ut testis est Didymus in Symposiacis, referente Laertio lib. 5.

NICOLAUS Damascenus, vir doctissimus, procerò admodum & formoso corpore, ingenio etiam maniusto & jucundo, adeo ut Aug. Imp. eo maxime delectaretur: & ab ejus nomine palmarum balanò pulcherrimos & maximos, Nicolaos dici præciperet, quibus maxime delectabatur. Suid. & Givard. Dial. 8. Hist. poet.

SYRIANUS Magnus philosophus, corpore optimè constituto, procerò, supra modum formoso. Suidas in Ammoniano.

Poeta.

TAMIRAS poeta & musicus, cum pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit; deinde præter suam consuetudinem Musas amavit, ac cum eis cantu certavit. A quibus demum victus, luminibus & lyra privatus est. Hinc Proverbium, Σάωρος μάστρα. Volat. lib. 10. Anthrop.

Ferunt Tibullum, postea elegiographicum, corporis forma admodum praestanti fuisse. Unde Horat. de eoloquens: Non tu corpus eras sine splendore: dii tibi formam, Dii tibi divitiis dederant, artemque fruendi.

Milites.

CALLICRATES formosissimus Graecorum omnium ad Platæas. Plut. in Aristide.

Athleta.

A victoria Panerati Isthmica, à corporis & animi pulchritudine, à bonis literis, Streptiadem Thebanum laudat Pinodarus 7. Isthmiorum:

— Ἐθλέει τ' ἔκπαλα, ἰδὲν τε μαρμαίς, ἀγλαί ἀρταίαι ἐκ ἀγχιον οὐαίς. ἠλέγεται δ' ἰστροκλαμὸν Μόισαιος. id est, Robore quidem stupendus, cujus formosa mens non minor corpore pulchritudinem, virtutem ducit: lucenteque nunc violaceae caesariae decoris Musis. Cratinus formosissimus, & luctator fortissimus. Pausan. l. 6. Viri fortes, bellicosissimi.

HOMERUS heroum praestantissimos Hectorem & Achillem, formosissimos facit: quia vera & virilis pulchritudo cum omnium actionum bonitate jungitur. Itaque non abs se Socrates pulchros praeter ceteris ad philosophiae studium admittebat: quoniam ubi vera adeo pulchritudo, illic quoque ingenii acumen aderit. In fucata verò & muliebri pulchritudine omnia contrario modo se habent.

Turnum à forma plerisque in locis commendat Virgilius, ut lib. 6. Aeneidos:

— petit ante alios pulcherrimus omnes, Turnus avis atavisque potens. — Item, Ipse inter primas praestanti corpore Turnus Virtutis arma tenens, & toto vertice supra est. P. Scipio Africanus major, formae dignitate barbaris in Hispania admirationi fuit. Plut.

Imbelles, Ignavi.

NIREUS apud Hom. Iliad. κόρυσος ἀνὴρ ποδὶ λίαν ἄλβε, ἀνὴ ἀπίδονος ἴλιος. & vicissim apud Trojanos Paris ζωομαρῆς τε & ἄδονος esse dicitur, probrisque loco audit, quòd omnium formosissimus esset.

Cinadi.

MAGNES Smyrnaeus puer, praeter ceteris mortalibus formosus, Poetica in super & Musica ornatus, corona insignis, aureoque retinaculo redimitus, ac habitu molliore indutus, civitates obibat, multis dilectus, praesertim Gygi Lydorum regi. Mulieres certe omnes, Magnesium praetertium, ad insaniam redigebat.

A. **gebat. Quarum cognati per causam quod Magnes in cantico, Lydorum equestri contra Amazones victoria, ipsorum nulum mentionem fecisset, comam ejus raserunt, vestem ornatumque laceraverunt. Itrius Gyges, Magestorum urbem diripiit. Svidas, & Pausanias.**

THERIDATES eunuchus, formosissimus omnium in Asia juvenum. Eum cum Artaxerxes rex Persarum mortem obiisse audisset, per universam Asiam luctum indixit. *Æl. lib. 12. Var. hist.*

PHÆDRUS Eliensis, Socrati Platonice familiaris & dilectus, cuius nomine liber inscribitur *ὁ ἐπὶ τῶν παιδῶν*: puer forma præstanti à lenone domino ad merendum coactus, & ab Alcibiade redemptus, philosophia traditus est. *Gellius lib. 2. c. 18.*

Galea formosissimus adolescens, ob pulchritudinem & animo in fatis peculiare quædam virtutes, à Prolomæo rege Ægyptiorum amatus est. *Ælianus de varia hist. lib. 1.*

Gygis Gnidii formosissimi meminit *Horat. lib. 2. ode 5.*

— Gnidii sive Gyges: *Quem si puellarum infereres choro, mirè sagaces falleret hospites*

B. *Discrimen obscurum, solus Crinibus, ambiguoque vultu.*

ANTONIUS Bithynicus ex Claudiopoli, Adriani Imp. concubinus, summæ pulchritudinis. Qui cum in professione Ægyptiæ, vel ab Adriano immolatus, vel sponte sua mortuus occubisset, quum Imp. anima hominis devoti indigeret, inter divos relatus est. Adriani ejus à se stellam visum asseruit, templum ei apud Mantineam & Hierosolymis extruxit, civitatem apud Nilum de ejus nomine condidit, imaginem ejus inculpsit numismatis. *Cælius lib. 11. c. 5. Antiq. Leli. & Vol. lib. 23. Antropol.*

PANTICA CYPRIA, scribit *Philarchus lib. 10. Historiarum*, cum esset apud Olympiadem Alexandri matrem, eam Monium Pythionii filium in matrimonium poposuisse: verum cum intemperans esset mulier, inquit Olympias: O infelix, ex oculis, non autem ex mente ducis uxorem. *Athen. l. 13. c. 32.*

THEODOTA femina formosissima, Socratis discipulos à philosophia studio, suo amore captos, abstraxit. *Æl. lib. 13. de Var. histor.*

C. PHRYNEM non erat facile nudam videre, quia longam vestem gestabat, neque popularibus balneis utebatur; Cerealiurum verò Neptunaliurumque tempore in omnium Græcorum conspectu posita, vestes solvens ac comas, ad mare veniebat, & ab ipsa Appelles Venerem *ἀδελφὸς*, hoc est, emergentem pinxit. Praxiteles verò statuaris Venetem Gnidiam ab ipsa formavit, cum illam amaret. *Athen. lib. 13. c. 22.*

Vide de eadem elegantem historiam, quomodo in convivio tibi detexit fucum aliarum matronarum. In loco de *Fuco. T. i. Fucus detexit.*

LAIUS Corinthia meretrix, ob formam celeberrimam, certatim ad eam tota Græcia confluentibus amatoribus, unde illud: *Non cuivis homini contingit adire Corinth.* hoc est, Laide potiri.

LAKIA, scortum speciosissimum à Demetrio Poliorcete rege adamatum, quæ & tibiis optime cecinisse dicitur. *Plur. in Deme.*

FLORA meretrix usque adeo floruit, ut Cecilius Metellus, cū signis & tabulis pictis adem Castoris exornaret, una illius pictam imaginem ob venustatem ibi dedicavit. *Plur. in Pompejo.*

D. NYAS Atlantis ex Æthra filius. *Ovid. lib. 6. Fast.* *Non dum stabat Atlas humeros oneratus Olympo, Quum satis est forma conspiciendus Hyas.*

Acanthus, Amaranthus & Hyacinthus pulcherrimi adolescentis, in sui nominis flores mutati finguntur.

HERODOTUS scribit, Hippoclidem Tifandri filium Atheniensem, divitis & forma inter procos Clithenis Sicyoniorum tyranni F. Agaritiae præcipuum fuisse.

ALCIBIADES & puerum, & adolescentem, & virum cum omni efflorescens ætate corporis forma antabilem reddidit & jucundum. Neque enim, ut Euripides dixit, omnium pulcherrimum etiam pulcher autumus est: verum Alcibiadi id inter rarosiales ex corporis indole & temperata suppeditavit. *Plur. in Alcibiades.*

Virgines formosæ Homerus *ἐὐκλειπιδας* appellat, vel quia nigris oculis præditæ essent, vel quia *ἐὐκλειπιδας*, id est convertunt omnium oculos in sese. Eadem olim *ἀρπυγίαι* vocabant, eleganti epitheto, quod propter pulchritudinem, facile

amatores & procos invenirent, à quibus boves, aliaque munera acciperent, nondum invento pecunie usû. Hinc Mera Eristichonis filia in varias le mutasse formas dicitur.

THAMAR filia formosissima, Roboam Salomonis filii uxor, que ei peperit Abiam. *Lib. 2. Regum c. 14.*

Job filia tres post restitutionem in integrum natæ, Jami-ma, Cassia, & Quetenappuca, quibus pulchritudine pares nullæ in orbe extabant. *Job ultimo.*

ATHALANTA Arcadis Jafonis filia, à patre exposita, & iustino lacte nutrita, mox à venatoribus inventa, pulcherrima omnium virginum evasit suo tempore: non fugata illa, sed verasolidaque pulchritudine: ut quantum proceritate corporis, & symmetria omnium membrorum reliquis vincebant, tantumdem & robore. *Æl. lib. 13. Var. hist.*

Parvi.

ARISTIPPUS Mulierem parvam, sed pulchram conspicatus: Parvum, inquit, malum, sed magnum pulchrum. Vel si mavis inveterare sententiam: Parvum quidem pulchrum, magnum autem malum. Nam *κακὸν & κακὸν* apud Græcos facile permutari possunt. *Ant. in Melissa. p. 2. serm. 33.*

INNOCENTIUS VIII. suo tempore inter Alfonso Siciliæ regis ministros omnium formosissimus fuisse dicitur. *Volaterranus lib. 22. Anthropol.*

GUTHERUS Episcopus Babenbergensis, qui in itinere, cum proficere Hierosolymas ad terram Sanctam, mortuus est anno Christi 1603. Princeps præter morum gloriam, & animæ divitias, corporis quoque bonis apprime ornatus fuit: statura & formæ elegantia, totiusque corporis integritate ita cæteris præferebatur mortalibus, ut in illa Hierosolymitana professione, ex urbis & agris spectandi ejus studio quamplurimi homines confluerent. *Herveld. de Gestis German. Reges, Imperatores. Forma Principe digna.*

SAUL F. Cis Jeminiensis, è tribu Benjamin, nulli Israelitarum pulchritudine cedebat, & cæteros omnes humeris supereminēbat. Hic à Samuele rex fuit electus. *1. Reg. 9.*

ADONIAS Davidis regis F. ex Hagith concubina, frater Absalon, singulari pulchritudine præditus fuit, & ut forma, ita etiam studio fratri similis in imperio affectando. *3. Reg. 1.*

AGAG rex Amalechitarum tam pulcher fuit atque procerus, G ut cum Saul Israelitarum rex Amalechitas omnes ex Domini iussu interfecisset, soli Agag pepercerit. Ob quod factam gravem Domini indignationem incurrit. Samuel propheta Agag Galgalis fructum disculcit. *1. Reg. 15.*

ABSALON regis Davidis F. à vestigio pedis usque ad verticem nullo præditus erat viris. *2. Reg. 14.*

JASON Jolci rex, Argonautarum princeps, forma sua Medeam sibi conciliavit. Tectis ipsam apud Ovid. ita loquens: *Et formosus eras, & mea fata trahēbant. Absuleram oculi lumina nostratui.*

ILIADAS, Priamus in mœnibus Trojanorum, accersitam Helenam percontatur, quinam essent, quos procul in Græcorum exercitu conspiceret; & Agamemnonis formam laudat hunc modum:

Ὀφείεις δὲ βῆναι ἄγχι δὲ δὴρὸν ἵππευ τε ἰβύστας, Ἡ τοὶ δὲ κερὰν δὲ μείζονες ἄδου ἔσται, Κακὸν δ' ἔστω ἐγὼ ὅτω ἴδω ὀφθαλμοῖσιν, Ὅδ' ἔστω γὰρ ἄριστος βασιλεὺς δὲ ἀδελφὸς υἱός, Ἴλλε quis est, cedo, Grajus homo, magnusque bonusque? Sunt alii hunc, fateor, superantes vertere plures: Verum æque pulchrum memini me cernere nunquam, Nec reverendum æque, regem præferre videretur.

Erasmus in Adagiis. Habuit Xerxes in exercitu LXVII. myriades, quæ ratio habet bis & quinquages centum octoginta tria millia hominum. Herodotus tamen scribit, in tanto mortaliurum numero neminem fuisse pulchriorem rege ipso, aut prociore statura.

ALEXANDRUM Philippi filium, sine curatione formæ speciosum, exitibus peribent, capillos enim disjectos confusosque ei pendentes, qui erant flavi. Ferunt etiam, formidabile quiddam in facie Alexandri fuisse. Homerus cum vultu significare formosus, arboribus eos comparat, velut: *Ὅς δὲ ἀνδραγαθὸν ἐπεί τ' ἴσθ'. Æl. de Var. hist. lib. 12.*

PORUS rex Indorum pulcherrimus, & a proceritate, qua vir nemo post Trojanum bellum fuit. Cum Alexandro Magno ad medium adolecens bellum gessit. *Svidas.*

DEMETRIUS POLIORCETES, Antigoni Asiæ regis F. corporis proceritate, quamvis procerus, minor parente fuit. Forma vero & faciei venustate adeo mira atque excellenti, ut plures vel pictor

Apictor exprimere nullus imaginem ejus posset. Eadem enim venustatem & gravitatem, terrorem & hilaritatem habebat, consuetudo erat cum juvenilibus & feroci vultu aspectu penè inimitabilis heretica quadam specie, & majestas regis, adeo ut qui eum adibat peregrinam decorem viderent, regali excellentia ornatum admirarentur, & in professionibus spectandi gratia sublequentur. Perinde mores inerat ei pariter formidabiles hominibus & grati. Ut enim jucundissimus per otium in familiari consuetudine, atque inter pocula, in deliciis, in victu regum omnium molliissimus: ita vigilantissimus rursus & intentissimus erat in rebus gerendis assiduitate & strenuitate: qua in re præ cæteris dux Liberum patrem amulabatur, ut qui optime uti bello nosset, contraque pacem ex bellis alere, effectus ad hilaritatem ac voluptates maxime compositus. *Plutarchus in Demetrio, & Diodorus lib. 20.*

AUGUSTUS CÆSAR forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima: quamquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tenderet, modo raderet barbam: eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeo tranquillo serenoque, ut quidam à primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibuitum ac remollitum, quo minus, ut desinaret, in transitu Alipum per simulationem colloqui propositis admittis, in præcipitum propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos: quibus etiam eximiarum volebat inesse quiddam divini vigoris, gaudetque, si quis sibi acriter commentis, quasi ad fulgorem Solis vultum libmitteret: sed in senectâ sinistro minus vultu. Dentis rarus, & exiguis, & scabros: capillum leviter inflexum, & subflavum, supercilia conjuncta, mediores aures: natum & summo eminentiorum, & ab imo deductiorum: colorem inter æquium candidumque: staturam brevem, quam tamen Julius Maratus liberum etiam in memoriam ejus, quinque pedum & dodrantis fuisse tradidit, quæ commoditate, & æquitate membrorum occuleretur, ut non nisi ex comparatione astantis aliuscujus procerioris intelligi posset. *Svetonius.*

CLAUDIO CÆSARI auctoritas dignitasque formæ non desuit vel stanti, vel sedenti, ac præcipue quiescenti. Nam & prolixo, nec exili corpore erat: & specie canicie pulchra, optimis cervicibus. Cæteram & ingredientem destituebant poplite minus firmi, & remissæ quid vel serid agentem multa dehonestant: rursus indecens, ita turpior, spumante tictu, humentibus naribus: plectra linguæ tubantia, caputque tum semper, tum in quantumlocumque actu vel maxime tremulum. *Svetonius.*

COMMODUS Imp. pulchra facies & virilis, tranquilleque facies oculis micantes, & crispæ casaries: quæ cum ad Solem velut ignis rutaret, multi credere eam aurea icobe suffulam. *Sabellicus lib. 5. Em. 7.*

MAXIMINUS F. formosus fuit. Epistola quam Maximinus pater ad senatum de eo dedit, hoc habuit: Ego cum propter affectum, quem pater filio debet, Maximinum meum Imperatorem appellari permisi, tum etiam ut Pop. Rom. & senatus ille antiquior jurare possit, se Imperatorem nunquam pulchriorem habuisse. Eam ob causam passim amatus fuit à procacioribus fœmiosis, quæ de eo optaverunt concipere. Scribit *Ælius Sabinus*, tantam pulchritudinem oris fuisse in eo, ut etiam caput ejus jam morte nigrum, jam maceratum defluentis tabo, pulcherrimum tamen videretur. Denique cum caput patris pueri circumferretur, & hoc ingens gaudium esset, prope patrem erat, quod & filii caput pariter portaretur. *Capitolinus in Maximino Juniori, & Sab. lib. 6. Eneadis 7.*

DIADUMENUS ANTONIUS Macrini Imp. filius, cum seiret se formæ omnium esse pulcherrimum, purpura assumpta, eoque infidens, exercitui se spectandum magno favore dedit. *Capitol.*

Interfecto Constante in Sicilia, milites Mezentium quandam comarunt, hominem adeo formosum, ut nec pictæ imagini cederet. Hoc verò natum maximus Constantis filius, Constantinus Pogonatus, audiens, quem ipse pariter insignibus imperii ornarat, in Siciliam cum magna classe perrexit, & Mezentium cum interfecto patris sustulit.

CAROLUS MAGNUS dignum imperio formam habuit: corpore robusto, septem pedes suos procerus, capite rotundo, oculis prægrandibus & vegetis, naso paulo majore, facie læta & hilaris: incelsu firmo, voce clara, valetudine prospera, cervice interim brevior, & ventre prociore. *Crantz. l. 2. Saxonia, c. 7.*

HENRICO I. Imp. principi prudentissimo, forma etiam corporis regie dignitatis decorem auxit. *Cyprianus A. D. L. B. T. beat. Vita Human. Tom. 111.*

CONRADUS Henrici IV. Imp. filius, extra virtutes regis decoræ ac gratiosæ formæ, & proceræ stature fuit, omnibus amabilis, affabilis & humanus. *Hælio in Chronico Germanico.*

ARNULPHUS Imp. corpore procerus & forti, cui regia majestas natura inesse videbatur. Eloquio blando, litteris, ut temporis ferebant, satis eruditus, & in primis Christianæ religioni deditus. *Cyprianus A. D.*

FRIDERICUS BAR BAROSSA Imp. stature mediocri, robusti peccoris, corporis succulenti, vivide formæ, vultus gratiosus, barbam & pilos in capite rubros habuit. *Hælio in Chron. Germ.*

Conradus filius Friderici II. Imperatoris, Sicilia rex & Neapolis, tam formosus fuit, ut Absalon vulgo appellaretur verum ignavus, & à parentis virtute multum degenerans. *Leander Bonon. in Italia sua.*

RODULPHUS I. Imp. specie fuit regia, forma quadrata, capite haud magno, crinibus raris, naso aquilino, Habsburgensis familie peculiari indice, cibi potusque temperantia miranda. *Cyprianus A. D.*

FRIDERICUS dux Austria, ob elegantiam formæ cognomen Pulcher dicitur, captus in prælio à Ludovico Bavaro, aliquandiu in custodia detentus est. Sed liberatus, & ad suos Viennam rediens, venit demissa barba horridus, & lquale obitus, qui pulchritudine & elegantia corporis alios omnes principes suæ ætatis superabat. *Idem.*

SIGISMUNDUS Imp. humanissimus, proceræ ac insignis stature, pulchra facie, crinibus crispis, barba proluxa, quam in Hungarorum gratiam nutritiv. *Idem.*

PHILIPPUS Francorum rex, qui initio simulatus cum Bonifacio Pontifice Max. deinde profectus exercuit inimicitias, tam formosus fuit, ut ab omnibus cognomen Pulcher fit cognominatus. *Ritus Neapolitanus lib. 2. Regum Francorum.*

JACOBUS III. Scotorum rex, corporis forma, & robore, inter principes suæ ætatis facile primus fuit. *Append. Hist. Scotar.*

MAXIMILIANUS I. Imp. humanissimus, statura fuit quadrata, in qua Cæsarea majestas resplendit. Nemo non hunc Imperatorem esse, etiam externis, inter triginta maximos Principes, antea non visum, agnovisset, tanta erat oris probitate. *Cyprianus A. D.*

ARGIA Adrafi Argivorum regis filia, & uxor Polynicis, G fuit mirum in modum speciosa. *Stratus lib. 2. Theb. Egeziam Argiam, nec forme laude secundam Deipylem.*

HIERA uxor Telephi regis Myrorum, mulier omnium (quas Proteus vidit) maxima & pulcherrima. *Alcestis Pelæ Thessalæ regis filia, Admeti uxor, formosissima fuit, teste Homero. *Iliad. 6. ubi inquit: Ἄκαστος οὐκ ἴσθαι δὲ δὴρὸν ἵππευ τε ἰβύστας, Ἴλλε quis est, cedo, Grajus homo, magnusque bonusque? Sunt alii hunc, fateor, superantes vertere plures: Verum æque pulchrum memini me cernere nunquam, Nec reverendum æque, regem præferre videretur.**

PRUCES eam ambientibus conditionem proposuit pater, qui leoni aprum junxisset, ei se filiam daturum. Admetus Apollinis consilio usus, Alcestidem obtinuit. *Eustathius.*

OMPHALE regina Lydorum, facie adeo præstanti fuit, ut ei se submisisset Hercules. *Propertius lib. 3. Monstrorum reliquorum domitor, monstrorum ut blandissimum, sic infestissimum, Amorem vincere non potuit.*

SISIGAMBUS uxor Darii, nulli suæ ætatis formæ pulchritudine cessit, teste Curtio: quam tamen victo Dario Alexander non solum non violavit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captivo corpori illuderet.

ANURIS Bagazi uxor, ut asserit *Dion. lib. 5. Resum Persiarum*, foror fuit Xerxis ex eodem patre, ut pulcherrima omnium mulierum, quæ essent in Asia, ita intemperantissima. *Ath. lib. 13. c. 32.*

Scribit *Theopompus, libro Historiarum 56.* Xenophitam Lyfandride matrem, omnibus mulieribus pulchriorem fuisse, quæ sunt in Peloponneso: quam Lacedæmonii una cum Chryse forore interfecerunt, postquam Agefilus rex ledione excitata fecit, ut inimicus ipsius Lyfandrides à Lacedæmonis in exilium fugeretur. *Ath. lib. 13. c. 32.*

ALEXANDRA Hyrcani filia, ex Alexandro Aristobuli regis filio liberos habebat, alterum formosissimum, nomine Aristobulum, alterum Mariam Herodis conjugem, insigni pulchritudine fœminam. *Gellius M. Antonii Triumviri amicus, ex Ægypto ob quedam negotia in Judæam profectus, ut vidit Aristobulum, delectatus est ejus forma, admiratus staturam adolescentis simul & pulchritudinem, nec minus Mariam regiam conjugem; felicemque prole Alexandriam prædicans, cū ea colloquutus, persuasit, ut depictas ambo regi effigies ad Antonium mitteret: fore enim, ut his conspectis, ille nihil non à se*

A impetrari pateretur. His verbis excitata mulier, eas effigies ad eum transtulit. *Iosephus lib. 15. c. 2. Antiquit.*
 CLEOPATRA mulierum omnium, quas C. Julius Cæsar, dum Pompejum insequeretur, in Ægypto invenit, formosissima: cuius venustate & oris facundia captus, non tantum amavit ipsam, sed in eo etiam diffidio, quod cum fratribus habuit, pro ipsa, partem iustus iudex adversarius visus, stetit. *Dion.*

ZENOBIÆ Palmyrenorum regina subaquo fuisse colore traditur, oculis nigris, supra modum vigentibus, venustate eximia, dentibus admodum candidis, ut margaritas plerique dentium loco eam sibi concinnasse crederent: vox clara & virilis. *Sabellianus lib. 7. Ennead. 7.*

Saxo Grammaticus, lib. 8. Danicæ histor. scribit, Suavildam reginam tantæ fuisse pulchritudinis, ut quum vincula locis exposita esset equinus calcariis obtinenda, ipsi quoque iumentis horrore fuerit, artus eximio decore præditos concubare.

Alvida Sivardi Gothorum regis F. virgo pulcherrima. *Ivan Magnus lib. 7. c. 10.*

B Alfrida Horderii Cornubiæ ducis F. pulcherrima. *Polyd. lib. 6. & Ranulphus lib. 6. cap. 11. & Wilhelmus Mamelib. rianus lib. 2. c. 46.*

GISELA soror Henrici II. Imper. formosissima. Cujus specie captus Hungarorum rex, eam tandem impetravit, cum sacro baptismatis fonte te tingi pateretur. *Annales Hungarorum.*

Regem Franciæ narrant captum Ægyptiæ Roberti II. Scotorum regis F. amore, pictorem misisse in Scotiam, ut per occasionem benè inspectam dipingeret. Quumque ille imaginem expressam eleganter reportasset, tanta accensum fuisse virginis potiundæ cupiditate, ut exemplo legatos ad eam poscendam miserit. Sed præventus à Guilhelmo Douglas juvene fortissimo, cui ob singulare robur pater filiam deponderat, spe frustratus est. *H. Boetius lib. 16.*

TIGRANES cum LX. millibus ad tutandam Joniam à Xerxe relictus, omnium Persarum & specie, & statura eminentissimus fuit. *Herod. lib. 9.*

XENOPHON Grylli filius, Atheniensis, pago Archieus, verendus admodum fuit, & formosus. *Laert. lib. 2.*

EPHÆSTION Macedo, unus è ducibus Alexandri, apud regem primas tulit ob corporis pulchritudinem atque præstantiam. Cui rei argumento est, quod cum Alexander devicto Dario, tentoria cum solo Ephæstione invaderet, ubi regniæ mulieres erant: mater Darii obviam illis procedens, Ephæstionem pro Alexandro adoravit, quod forma majore & augeiore visus esset. *Arrianus Grecus de gestis Alexandri.*

Tanta specie ad exprimentum militate decus in Magno Sfortia, dissimilium rerum partes ratione atque ordine respondebant, ut à rudibus rusticisque, qui eum nunquam viderent, pari inter multos culta, & sæpè sine comitatu, uti omnium princeps ac imperator noveretur, & salutaretur. *Io. vius in vita Magni Sfortie.*

MATRONE. SARA Abrahæ patriarchæ uxor, pulcherrima fuit, ad eam ut Pharaon Ægyptiorum rex eam matrimonio sibi copulari: cum Abraham sororem suam esse diceret, non uxorem, ne ab Ægyptiis interficeretur. *Genesis 2. Eadem nonagesimo ætatis anno ab Abimelech Gerarorum rege rapta fuit, Genesis 20.*

D REBECCA uxor Isaac pulcherrima, ad eam Isaac Geraris peregrinatus, sororem suam esse dixerit: ne si uxorem esse diceret, à Palæstinis interficeretur. *Genesis 26.*

Penelope formam Homeris commendat, inquiring: *Ἥτορ ἢ Σαρπηδόνα φέρων Πηνελόπειαν Ἀργεῖδι ἴκεν, ἢ ὅ γε σὺν Ἀπόδωρῳ.* Et thalamo prodibat præcis Penelopea, Dianæ similis, & aureæ Veneri.

PANTHEA uxor Abradæ Sufiani (quam Cyrus expugnatis Assyriorum castris duxerat captivam) Araipæ Medo servanda tradita est, qui apud Cyrum affirmavit, nondum esse ortam, aut omnino inventam tota Asia pulchriorem. *Xenophon.*

THARGLIA Milesia, quæ quatuordecim viris nupsit, forma fuit omnino pulchra, & sapiens, velut testatur Hippas philosopha. *Athen. lib. 13. c. 32.*

LUCRETIA formam tanti fecerunt Romani, ut eam suis monumentis ubique celebraverint, & vindicaverint à mortalitate: nec solum ob eximiam pulchritudinem, verum etiam ob castitatem, quod vim Tarquini gladio sit ultra.

A Sed cernens hanc, fuge, nec te capiat amor; caput enim oculis viroium, delet civitates, accendit ædes: sic habet mulcimenta.

Spurina Hetruscus adolescens egregia forma, cum feminas viroique ad libidinem aspectu decoro invitaret, oris pulchritudinem vulneribus spontè dehonefavit. *Valer. de Verecundia, & Ambrosius lib. 3. de Virginitate.*

GANYMEDES Trois Phrygii regis filius, adolescens fuit speciosissima forma, quem Tantalus venantem maxima celeritate rapuit, & in Cretam perlatum Jovi dono dedit: hunc Jupiter habuit in deliciis concubinum. Fabulantur poætæ, Jovem in aquilam versum, eum rapuisse, præfesseque poculis loco Hebes & Vulcani, Junonis liberorum, verissequè in signum cælestè, quem nunc Aquarium dicimus. *L. Vives in lib. 7. August. de Civit. Dei, c. 26.*

HELENA filia Jovis, ex Leda uxore Tyndari regis Laconia, ob eximiam pulchritudinem bis rapta fuit. Primum adhuc puella è Thebo, secundo jam Menelao nupta, à Paride. Propter quam recuperandum Græci Trojans decennale bellum intulerunt. Eisdem pulchritudo flexit apud Homerum fenes Trojans, qui Scæam portam confederant, Paridis & Menelai certamen insepserunt. Idè namque cum mulier tanti certaminis premium ascenderet, elegantia formæ ad eam mentes pulcherrimorum viroium cepit, ut tantum bellum ejus causa merito dicerent esse concitatum. *Platina Dial. ad Stellam, contra amorem.*

HERMIONE filia Helenæ & Menelai, matrem forma ferè & fato imitata, cum Orestis deponata esset, à Pyrrho rapta fuit.

BELLEROPHON à Stenobæo, Præti Argivorum regis uxore, noverca sua, propter formam adamatus; cui tamen assentiri noluit.

HERPOLYTUS Thesei filius, pulcherrimus, & formæ nominè à noverca Phraæda expertus.

Credibile est Berisæam, Uria uxorem, elegantem fuisse formam, quæ sapientissimum illum regem & prophetam sanctissimum Davidem usque ad eum titillaverit, ut religionis oblitus, adulterio & homicidio (Uriam enim devovit morti) suam contaminaverit sanctitatem. *Stroza pater: Ille sacri vates operis lesseja proles, Præfecit populo quem Deus ipse suo, Berisæa captus forma est.*

Certamina, Certationi. *Herodotus scribit, Agatimam Clithenis, Sicyoniorum tyrannum filiam, ad formam existisse, ut ad habendas ejus nuptias, celebrata sint procurum spectacula & certamina, ad quæ speciosissimi quique Græci adolescentes confluerunt.*

Ad Hippodamie Oenomai Eleorum regis F. impetrandas nuptias, celebrata sunt certamina procurum nobilit. ex tota Græcia concurrentium. Victo mors premium erat, victori puella. Multis ab Oenomao jugulatis (quo nomine Ichomache Propertio dicta videtur) tandem arte vicit Pelops.

Hetruscum mulierum opinio est, & tanquam proverbium quoddam patrio sermone celebratur vox, qua fertur, sumum pulchriorem totius domus persequi. Opinio vana, sed quæ multis saculis, & apud diversas etiam gentes, viguit: antiqui enim quoque Græci hoc ita se habere existimabant. Aristophontis comici parasitus apud *Atth. lib. 6. Diphol. de seipso inquit: — τὸς καλὸς περὶν καλῶς: se in formosis tentandis sumum esse, hoc est, exploratorem egregium: ut testimonio comici poætæ intelligitur. Victor. lib. 3. Var. lect. c. 21.*

NARCISSUS filius Cephalæ, Lyriopes, ejus desiderio quam Nymphæ intabesceret, mutatus est in florem sui nominis. *Ovid. lib. 3. Metamorph.*

MUSEUS poeta formam Leandri pueri ex Abydo (qui Ero puellam adamavit, & ab ea redamatus est) multis laudibus celebravit.

DEMOCLES Atheniensis, ob formam Pulcher Democles ab omnibus vocabatur. Sed eadem (quod paucis admodum formosis contingit) tanta quoque exitit pudicitia cura, ut ad declinandam vim Demetrii Poliorcitis (à quo petebatur ad stuprum) se in plenum ferventis aque lebetem (cum aliter

effugere non posset) conjecerit. *Plutarch. in Demetrio. E. Conjugio fortunato.*

ABISAG Sunamitis, puella formosissima, ex omnibus Israëlitis electa fuit, quæ regem Davidem, jam senio confectum, neque vestigium injectum calefcentem, suo complexu fovet. *3. Reg. c. 1.*

HADASSA, sive Esther, puella utroque parente orbatâ, à Mardocheo patruo suo Judæo Babylonicæ educata, propter fortunæ elegantiam Artaxerxis regis Persarum conjugio dignata est. *Esther 2. & Iosephus lib. 11. c. 6.*

ARIADNE filia Minois, forma fuit elegantia, quam propterea Bacchus duxit in uxorem, ejusque coronam stellis ornatum in altra retulit.

De Semiramide alii alia dicunt. Ea fuit inter omnes feminas speciosissima, tamen remissius & negligentius formam curabat. Cum venisset ad regem Assyriorum, vocata propter formæ pulchritudinem, ille ubi vidit, statim eam deperire cepit. At illa petiit ab rege munus, stolam regiam, Asiaque imperium ad quinque dies, & eorum, quæ in hoc gereretur, potestatem. Neque frustrata est eam petiit. Cum vero collocasset eam rex super thronum, & ipsa jam manu sententia cunctorum potens esset, mandavit satellitibus, ut regem interficerent. Atque sic Assyriorum imperium obtinuit. *Refert hæc Dion. Ælian. lib. 7. de Var. hist.*

RODOPE omnium in Ægypto mulierum fuit formosissima: cui lavanti cum aquila calcem abstulisset, Memphisque deportatum Plammethico regi in sinum injecisset; ipse miratus calcei pulchritudinem, investigavit, cujus calceus esset: & Rhodopen inventam, in uxorem duxit. *Æl. de Var. histor. lib. 13.*

ASPASIA Hermotini Phocensis filia, quæ postea Cyro minori nupsit coacta, omnes sua ætate virginis formæ elegantia superavit. Ejus formam *Ælian. lib. 12. Var. hist. describit, comâ flava, capillisque paulum crispantibus præditam. Oculis habebat maximos, & aduncum quodammodo nasum, aures breviores. Cutis tenera, & vultus color ad roseum accendebat: ob quam causam eam Phocenes, cum adhuc infans esset, Mito nuncuparunt. Labra rubicunda, dentes nive candidiores. Plantis etiam pedum valebat, quemadmodum Homerus pulcherrimas feminas suo quodam vocabulo καλλιστόπους nominat. Vocem habebat suavem & teneram, itant ipsa loquente, Sirenem audire te diceres: ab omni curiositate muliebri, & ornatu aliena, utpote ab inope parente enutrita. Cyrus itaque minor Persarum rex, ejus pulchritudine simul & pudicitia motus, eam in uxorem duxit, & post hunc etiam Artaxerxes. Ælian. lib. 12. de Var. hist. a principio.*

PHYAM corollas vendere solitam, quæ Pissistrato tyrannidem stabilivit, instar Palladis pulchram fuisse, Phylarchus scribit. Eam Hipparcho filio ad communes nuptias Pissistratus tradidit. *Athen. lib. 13. Cap. 31.*

Magnus Alexander, totius propè Orientis victor & Imperator, Rhoxanam, satrapis barbari filiam, matrimonio sibi junxit, ob solam ejus pulchritudinem. *Curtius lib. 5.*

CONSTANTINUS ANGELUS Philadelphienfis, genere non admodum nobili ortus, sed procerâ statura, & insigni forma præditus, Eudociam (non Theodoram) Alexii aut Manuelis Comneni Imper. filiam, pulchritudine pronuba, uxorem duxit. *Nicetas lib. 11. de rebus Mamel.*

PAULUS Diaconus scribit, Thedotem puellam Romanam, flavis promissisque capillis ad pedes usque pendentibus, pulchritudine sua Cubertum regem Longobardorum movisse.

ROKIENA Hengisti Saxonum ducis F. & ethnica, formæ causa à Vortigerno Britannorum rege Christiano, repudiata prore, in uxorem ducta, Britannorum regnum Saxonibus contulit. *H. Boetius lib. 8.*

Barbari corporis majestatem imperio dignam judicant. *Sab. lib. 6. En. 4. ex Strabone.*

BASSIANUS Solis sacerdos apud Phœnices, ob formæ elegantiam (nam Baccho simillimus videbatur) à militibus, occiso Macrino, Imperator dictus est. *Sab. lib. 6. En. 4.*

NICIA Atheniensis servus Bacchi habitu in choragio quodam transiens, ob formam & proceritatem corporis eximiam ita commovit populum, ut in ejus gratiam Nicias servum statim manumiserit. *Plut. in Nicia.*

* APOPHTHEGMATA ETHNICORUM.

BOJON, formam dicebat esse bonum alienum. Sentiens extra hominem esse, quod ipse sibi nec dare posset, nec tueri datum.

T 4 Animi

Plutarchus in Lucullo scribit, Præciam quandam fuisse in E urbe Roma feminam, venustate formæ nulli secundam, quæ sua pulchritudine Cethegum sibi devinxerit: ad eum ut nihil probaretur Cethego, quod Præcia non iussisset.

JUDITH Manassis viduæ Bethuliensis pulchritudo singularis fuit, eamque Dominus ipse adauxit, ut Holofernem deciperet, populumque liberaret posset. *Judith. 10.*

Plutarchus Timofium contendit lib. 19. Oxyartæ pellicem omnes alias mulieres forma superasse, quam rex Ægyptiorum Satiaræ regi uxori dono misit. *Athen. lib. 13. c. 32.*

Thermusa, ob pulchritudinem, Pharaati Parthorum regi acceptissima. *Iosephus lib. 18. c. 3. Antiq.*

JOSEPH F. Jacob patriarchæ, formæ singulari venustate fuit: ea propter ab heri fili Putipharis uxore ad stuprum fuit interpellatus. *Genesis 39.*

BARTHOLOMÆUS Capranus, Mediolanensis Ecclesiæ antistes, idcirco è Ministris forma præstantes quævisse dicebat: quoniam turpes animi, turpia corpora incolerent: improbitatem autem in egregia forma petrarò competant esse. *Æneas Syl. lib. 2. comment. de Rebus gestis Alphon. Alapato Ravennati, magistro epistolarum Imperatoris Alexandri Mammeæ F. hoc etiam diciturum adscribitur.*

Bryceidis amore Achilles flagrav, licet captivæ. *Horat. primum insipientem, Servia Bryceis niveo colore movit Achillem.*

USUS, FRUCTUS. FORMA OCCASIONEM PRÆBENS

Scitum est illud Aristotelis; qui interrogatus, cur fieret, ut pulchri tam facili ab omnibus amarentur: cæci eam interrogationem esse dixit. Et Græci sapienter sua lingua Pulchro ex eo indidere nomen, quod omnes ad se allicit. Dixerunt enim καλόν, παρά τὸ καλόν, ἕτι πῶτα ἐξ ἑαυτὸ καλόν. Testati sunt idem vulgato olim proverbio, quo dicebant: quod pulchrum esset, id demum amicum esse: cuius originem ad Musæ & Gratiæ referunt, quæ cum convenissent ad nuptias Cadmi & Harmoniæ, pulchrum carmen, quo ea sententia contineretur, immortalis ore cecinerunt, nove nuptiarum pulchritudinem, ut verisimile est, commendantes. Hoc de sapientissimo poeta Theognide cognovimus, cuius hæc sunt:

Μῦσαι ἔ Χάρτες, κῆρυ Διὸς, αἰσέτα Κάδμου Ἐς γάμον ἔδωκαν καλὸν ἀεισέτα ἔσθ' Ὅστι καλὸν εἶπον εἶ, τὸ δ' ἔ καλόν, ἢ εἶπον εἶ. Τὸ δ' ἔσθ' ἀγαθόν ἦδη δὴ σοφῶτα.

Ant. Muræus 4. Var. Lect. c. 4. Deæ rapuerunt pulcherrimos, quibuscum & versantur. Aurora cum Cephalo, Clito, & Tithone. Ceres cum Jalone, Venus cum Anchisæ & Adonide. *Athen. lib. 13. c. 7.*

ENDYMION pastor à Luna in montibus Cretæ adamatus dicitur.

GANYMEDES Trois filius regis Trojæ, ob admirandam pulchritudinem suam ab aquila raptus est in cælum, ut Jovis pinxerna esset. *Pindarus, de quo infra fufius.*

Hylam Thadamanis filium ob formam adamavit Hercules, & Nymphæ rapuerunt.

Antiope filia Nyctæi, & uxor Lyci regis Thebarum, propter formam à Jove adamata est, ex quo Zetum & Amphionem suscepit.

Tyro puella, Salmonei filia, ob formam à Neptuno adamata.

Æginam Asopi regis Bœotia filiam, ob excellentem pulchritudinem adamavit Jupiter, jacuitque cum ea in specie ignis.

Medusa incredibili sua pulchritudine amatores partim in saxa, partim in bruta convertit. Saxei autem sunt homines, & in brutorum transiunt naturam, qui muliercularum forma & illecebris capti, vitam agunt inemperantem & libidinofam. *Platina Dialogo ad Stellam, & Vives in 18. lib. de Civit. Deic. 13.*

Hecubæ ad Menelaum, de Helena, apud Eurid. de Troad. lib.

Ὀρῶν ὃ γλυκὺς, ὁδὸν γὰ, καὶ ὁ δὴν πῶδο. Αἰσὶν ὃ ἕμματα ἀβδῶν, ἔξωστὶ πῶδο. Πλεμπῶν δ' αἰκῶν, ὡδ' ἔχει καλλίματα.

A Animi bona verè nostra sunt. Laert. libro quarto capite septimo.

ZENO Citricus formam aebat esse vocis florem: aut contra, quemadmodum ab aliis refertur, vocem esse formæ florem. Nam loquentis orationem commendat forma, & rursus oratio composita gratiam addit formæ. Laert. lib. 7. c. 1. Idem dicenti formoso cuidam, Non videri sibi amatum sapientem: Nihil, ait, vobis formosus est infelicis. Brus. lib. 2. c. 44.

SOCRATES vocabat formam modici temporis tyrannidem. Brus. lib. 2. c. 44.

PLATO, cum exprimeret tentaret, quidnam forma hominis esset; Naturæ privilegium vocavit. Brus. lib. 2. c. 44.

DIO. formosum adolescentem formæ causa amari conspicit, dixit: Quin operam das, adolescens, ut corporis amatores ad animam transferas? Ant. in Meliss. ser. 60. p. 1. Hoc autem Stob. ad Elopum refert. Idem, conspecto adolescente mollis compto, dixit: Si vitis quidem te ornas, infelix es: sin mulieribus, injustus. Ant. in Melissa, part. 1. ser. 60. Idem speciosa forma reginas appellaba; multos enim facere, quæ præceperint. Stob. ser. 63.

B ARISTOT. cum adolescentem se comere vidisset: Non erubescis, quod cum natura te virum fecerit, tu te ipsum effeminas? Ant. in Melissa, p. 1. ser. 69. Idem, cum juvenis quidam facie formosus, sed moribus petulant, inter alia convitia ei diceret: Si tam exotius essem civibus, ut tu es, laqueo vitam finirem, responderit: Ego verò laqueo mihi inferrem, si ita me civis amarent, ut te: Notavit autem adolescentis petulantiam Aristoteles, cui offendebat, quam turpiter ob eam insignem corporis formam à civibus adamaretur. Ant. in Melissa, p. 1. ser. 8. Idem percontanti, qui fieret, ut cum formosus diutius ac libenter confabulemur; respondit, eam percontationem esse cæci. Cæcus enim non sentit formæ illecebram, nihil magis quam colorum gratiam. Laert. lib. 5. c. 1. Idem pulchritudinem dicebat quavis epistola efficacioram ad commendationem. Sunt qui hoc ascribant Diogeni. Aristotelem verò formam solum appellare donum, quia gratia contingit à natura. Eandem Socrates appellavit exigui temporis tyrannidem, quod formæ gratia mox deflorescat. Plato naturæ prerogativam, quod patris contingat. Laert. lib. 5. c. 1. Stob. ser. 63. Brus. lib. 2. c. 44.

C ISOCR. eos qui pulchrum habent corpus, animam autem malam, dicebat, optimam habere navim, gubernatorem autem malum. Ant. in Melissa, part. 1. ser. 60.

AGESILAUS interrogatus, cur alerit comam? Quoniam inter ornamenta, respondit, minimo constat. Stob. ser. 63.

CARNEADES scilicet, quid forma hominis esset: Regnum sine satellitio, respondit: quoniam formosi impetrant, quicquid volunt, nulla vi adhibita. Laert. Stob.

THEOPHRAST. pulchritudinem nihil aliud esse dicebat, quam tacitam deceptionem, aut silentem fraudem, quod absque verbis persuadent. Laert.

Elchinem & Philocratem, ex decem illis legatis haud potestremi nominis, ab Atheniensibus ad Philippum Macedoniam Regem missis, & formam Philippi Regis plurimum laudantes irruit Demosthenes, dicens: Quod in Philippo admodum formam laudatis, id habet cum aliis mulieribus commune. Sensit vir prudentissimus, Regis boni virtutes nequaquam in forma corporis positas esse, sed in animo rectè composito. Plut.

Æsopus ei qui corporis forma male utebatur: Pulchra veste (inquit) indutus, male eam exuis. Max. ser. 44. Idem cum per convitium facie deformi esse, ac turpi notaretur, ad eum, à quo contemnebatur: Iniquus plane Censor es, inquit, qui de forma mea pronunciatibus, vultum damnas, animi autem speciem non intueris. Stobens, Antonius, & Maximus.

Quidam adolescens curat se esse ex ære sculpendum, & ad eam imaginem fere conformabat. Huic Anulithenes: Si as posset vocem edere, qua de te potissimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit adolescentis, Non, inquit, igitur erubescis, qui cum in animo gloriaris? Voluit autem significare, de forma non gloriandum esse, quæ faciliè variis casibus ac morbis gratiam amittit. Laert. lib. 6. c. 1.

THEOCRITUS cum diu mulamque cogitasset, quo pacto offenderet hominibus posset, quidnam pulchritudo corporis quæ venustas esset: demum eburneum detrimentum esse pronunciat: quod grata quidem sit aspectui, sed multorum incommodorum causa. Stob.

In Philopœmen cum jocaretur Titius Flaminius deformitatem corporis ejus illudens, diceretque vultu quam maximè jocoso & hilari: Quid Philopœmen, cum pulchras manus, crura etiam perquam pulchra habeas, quod ventrem ipse non

habeas: Ad ea Philopœmen: Quid, ò Romanorum Imperator? Eximie, cum egregios pedes, itrenuos maximè equites habeas, quod pecuniam minime habeas? Nam & Flaminius per se ipse inopiam rei pecuniariae laborabit, quemadmodum Philopœmen tenuitate ventris, ac mediis corporis gracilitate. Pont. ex Plut.

DOMITRUS nec quicquam gratius hominibus esse dicebat formam & decore, nec quicquam egiat brevius. Brus. l. 2. c. 44.

L. CRASSUS, apud Perpennam iusticem defendebat Accolonem, quem accusabat L. Ælius Lantia, homo deformis: is quum interpelleret odiosè, Audiamus, inquit Crassus, pulchellum puerum. Huic dicto quam esset arsitum: Lagenium, inquit Ælius, ipse mihi fingere potui, formam non potui. Tum Crassus: Audiamus igitur, inquit, dicitur. Mulò arsitum est vehementius. Cic. lib. 2. de Orat.

M. LÆLIUS in Galbam Oratorem eloquentia clarum, sed gibbo deformem, ita lufit, M. Lælius, ut diceret, ingenium Galbæ male habitare. Nam animi domicilium est corpus. Eras. mus lib. 6. apophth.

CICERO cum Vocionum fortè obvium haberet cum vilicibus tribus insigniter deformibus, tacite ad amicos dixit verficium. F lum Græcum:

οὐδὲν ἄν ἐστὶν ἰσχυρὸν τὴν αἰσθητικὴν ἰδέσθαι, ἢ τὸ πρὸς τὴν αἰσθητικὴν ἰδέσθαι. id est, Sentiens, illum invito Apolline liberis operam dedisse: sive quòd Apollo pulcher à Poetis fingitur, sive quòd oriente sole fetus existimètur concipi feliciores. Plut. in Romanorum apoph.

CHRISTIANORUM.

Quantum Bartholomæus Capitanus Episcopus Mediolanensis, ancipiti hoc forma bono oblectatus fuerit, vel ex eo colligimus, quòd nunquam, nisi quous natura etiam corporis habitu exornasset, in istam familiam adiecit. Rogatus autem, cur id faceret; respondit: Quia turpes animi, turpia corpora incolunt; improbitas in egregio corpore vis comperita. Ita quidem ille. Cautius tamen & verius Invenialis:

— Rara est concordia forma Atque pudicitia: sanctos licet horrida mores Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas. Ex An. Syl. lib. 2. Comm. de Gest. Alphon. Beyerlink in apoph.

Etiã in Principe, præter virtutum splendorem, externam G corporis formam, istam habere laudem, asserere Cardinalis Petrus Aldobrandinus; dicebat enim: Etsi faciendum sit de Principe iudicium ex moribus, habet tamen Principis forma & decor non minimum ad majestatem ponderis. Hemericus Farnes. in apoph. de Principe. Beyerlink supra.

Et quis hic Ducem Borgiam transeat, verum humani generis delictum? Viderat Isabella Augustæ cadaver quòd à Cesare iustus in regium monumentum offerri curabat omnino desorme, & pudore oblitum, ac ingenium cum secum tacitus præsentia præteritis adunaret, tandem erupit: Nimirum hæc rerum humanarum vicissitudo: I nunc, fragile illud formæ bonum demirare. Hæcæ tanti spectaculo consideratio ita ejus mentem commovit, ut deinceps non nisi de interiori animæ forma cogitaret. Ribaden. lib. 1. Vita ejus, c. 7.

FORMÆ SIMILITUDO.

De similitudine oris, & totius corporis, aliove doctrina præditi, subtilius disputant, eorumque alii in ea sunt opinione, ut existiment illam origini & contextui sanguinis respondere. Nec parvum argumentum ex cæteris animalibus trahunt, que ferè signentibus similia nascuntur. (Sic Hesiodus inquit, Hæc est hæc ζωαίων ἑκάστη τὴν αἰσθητικὴν, de casto loquens conjugio) Alii negant certam hæc esse naturæ legem, sed species mortalium, prout sortuit a fors conceptioni obstitit, attribuitur, que ideo plerumque ex speciosis deformes, ex robustis invalidos partus edat. Val. Max. lib. 9. c. 15.

INTER SANGUINE JUNCTOS, SIC SIMILES SUNT.

Minoris Majoribus.

In primo prælio, quo Pyrrhus Epirota Demetrii dæcm Pantauchum iudic, non ita incendit & offendit Macedonas, ut opinionem & admirationem de se virtutis & feromonem præbuit his, qui facta sita confecerant, & in pugna fuerant secum congressi. Nam vultum existimabant, & agilitatem motumque referre eum Alexandri, illius etiam impetus & feroris inter pugnamdum cernere se umbras in hoc & imagines: cum alii reges purpura, satellitibus, flexu colli, & elatore feromne, Pyrrhus factis militaribus & strenuitate unus Alexandram redderet. Plut. in Pyrrho.

M. ANTONIO Triumviro formæ ingenia dignitas fuit, & barba

A barba promissa: frontique amplitudo & nasus aduncus faciem virilem representare picis & sculpis Herculis simulacris germanam videbatur. Fuit etiam vetus fama, dicere ab Hercule Antonius genis, atque esse ab Antone Herculis filio prognatos. Quem nuncorem corporis specie & vestim confirmare existimabatur. Quippe cum protidius in mulorum conspectum esset, semper tantum ad coxam incinctam habebat, grandem gladium suspendebat ex cingulo, & rigido cilio amiciebat se. At quæ etiam importuna aliis videbantur, jactantia, dicacitas, perpotatio in publico, federe inter velle, & cibum sumere assidentem ex militari mensa, incredibile dictu, quantum benevolentiam ei & desiderium conciliavit militum. Jam nec amore ejus veneribus carebant: verum & his allexit multos, dum amantes adjuvit, neque agrè tulit in amores suos dicta. Plut. in Antonio.

THEODOSIUS I. Imp. referebat genus suum in Trajanum, cui & motibus & corpore perfimilis fuit, tam vultu, quam incessu. Nam & eminens utriusque cum flumens, & par cælaris: ingentes oculi, uterque comis ac cœlaris. Violentiam tamen & triumphandi cupiditatem, plus detestatur est Theodosius, quam Trajanus. Quemadmodum autem Trajanus labentem Remp. in pristinas vires restituit: ita hic Imperium Romanum, quod otio & negligentia trium principum, Valentis, Gratiani, & Valentianis, confuserat, diffensionem partium dilaceratum, veluti nova pelle juvenescere fecit, & læcitos movere. Cuspin. A. D.

Liberi Parentibus.

Lymniri uxores habent communes, & liberos communiter alunt, usque ad annos quinque. Deinde sexto anno, pueris omnibus congregatis, similitudines ipsorum ad viros conjeclant, & unicuique similem tradunt puerum, eum parentem, quem ille acceptum pro filio educt. Stobens serm. 42. ex Nicolai historica de Gentium moribus.

EVANDER Arcadam rex, simul primum est Æneam contutus, in patri Anchisæ memoriam illi illum complexus: Ut te fortissime Teucrum, inquit, Accipio agnoscoque lubens: ut verba parentis: Et vocem Anchisæ magni, vultuque recorder. Lud. Vives de Christi. fam. lib. 1.

SEMIRAMIS Nini Assyriorum regis uxor, omnium bellicosissima, lineamentis oris perfimilis filio Nino: nude utriusque genæ, nec erat per etatem diffusa à puerili foeminea vox statura corporis nil, vel modicum, grandiuicula differabat à gnato. Ejus itaque personam & lesum mentita, inultis annis post mortem Alphyris, magna cum laude & impetii incremento, imperavit. Diad. Scudus. Iustinus lib. 1. Sabel. lib. 1. Eum. 1.

PROCONSELA ancilla duplici adulterio geminos edidisse fertur, utrumque patri suo similem. Soderius cap. 4. Polyhistoria, & Plin. lib. 7. cap. 10.

Regi Syriæ Antiocho unus ex aequalibus, & ipse regis stirpis, nomine Artemon, perquam similis fuisse traditur: quem Laodices uxor Antiochi, intersecto viro, dissimulandi sceleris gratia in lectulo, perinde quasi ipsam regem agrum, collocauit: admilsumque univertum populum, & sermone ejus & vultu consimili fecellit: credideruntque homines, ab Antiocho mortuæ, & Laodice & natos ejus sibi commendari. Val. Max. lib. 9. cap. 15. Plin. tamen lib. 7. cap. 12. Artemonem plebejum fuisse scribit.

HIBREAM MYLASSUM copiose atque concitate faciendæ oratore, Gymnicorum serve stramenta germani colligenti tam similem fuisse ferunt, ut tanquam germanum fratrem totius Asiæ oculi assignarent: ita lineamentis oris & omnium membrorum compares erant. Valerius.

BABYRTHAS patris Messenius, extremae fortis homo, Dorymacho vultu & omnibus corporis lineamentis, voce denique ipsa tam similes fuit, ut si quis ei capitis ornatum, chlamydemque illius addidisset, haud facile fuisset, uter eorum esset, discernere. Unde cum ante Messeniorem bellum Dorymachus captus à Messeniis, ad Scyronem urbis præfectum duceretur, ac nimium insolenter proceribus responderet, Scyron dixisse fertur: Putasne nobis te leutemeritatem tuam curæ esse, Babyrtha? Polybios lib. 4. Historiarum.

Extimæ nobilitatis adolescens Com. Scipio, cum plurimis & clarissimis familiae suæ cognominibus abundaret, in servilem Serapionis appellationem vulgi sermone impactus est, quod huicque nominis victimario perfimilis erat: nec illi aut morum probitas, aut respectus tot imaginum, quò minus hac contumelia aspergeretur, optulata est. Valerius Maximus lib. 9. cap. 25. Plin. lib. 7. cap. 11. suarium negotiatorem scribit.

SEIPTIONI alteri ejusdem familiae cognomen Salutatoio, minus dedit. Plin. ibid.

M. MESSALLA consularis & censorius, Menogenis: & Curio omnibus honoribus abundans, Burbulei: ille propter oris aspectum, hic propter patrem corporis motum, uterque histriionis nomen coactus est recipere. Valerius lib. 9. c. 15.

L. PLANCUS orator, histriioni Rubro cognomen imposuit. Ibid.

FRATRES.

ANONIAS fratri Afalon & forma & rebellione contra patrem simillimus. 3. Reg. 1.

Urtem Gerundam condidit Geryon Chrysaori F. Hispaniæ rex, quem Hercules interfecit. Fingitur triceps à poetis, secundum Iustinum lib. ult. quòd essent tres fratres & forma & moribus ita similes, ut non facile discernerentur. Cui sententia tribuit argumentam urbis fabrica triangularis, in singulis angulis arcem habens pro numero fratrum, ut vulgò creditur. Ioan. Gerundensis lib. 1. Paral. Hispania.

Mulier cum peperisset, à partu septima die concepit, genuitque Filium ex toto priori similem, quamvis non eodem partu edidisset ambos. Cardanus de Rerum varietate lib. 8. P. cap. 43. ex Alberto.

Servilii gemini, ut Cic. in 4. Acad. quæst. significat, & Menæchmi Plautini, adè inter se similes fuere, ut eos neque nutritrix, ac ne mater quidem, quæ pepererat, dignosceret: item Gemini languentes, quos declamatio inducit Quint.

Mechliniæ, Filii fuere gemelli Petro Apostolico senatori Mechliniensi prudentis, (cujus amico hospitio Vives usus est) pueri egregia forma, in quibus dignoscendis non modò extraneis, sed ipsa sæpè, dum viveret, erravit mater: sæpè pater, sed errore gratissimo, Petrum pro Joanne vocans, Joannem pro Petro. Vives in lib. 21. de Civ. Dei cap. 8.

Cognati.

Syriamus philofophus, & Ammonianus Grammaticus, forma inter se similes, cognatione etiam juncti fuere. Suidas in Ammoniano.

INTER SANGUINE NON JUNCTOS, SIVE JAM SINT NATIOMIS VEL GENTIS EJUSDEM.

NIOCLEM tyrannum Sicyoniorum, quem Aratus ejecit, germanissimum facie Perandro Cypseli autumant fuisse: ut Alcæoni Amphiaræ Orontem Persem, Hecatori adolescentem Lacedæmoniorum, quem tradit Marcellus ab spectantium caterva fuisse, ubi id intellexerunt, obtrinum. Plutarchus in Arato.

PERICLES inveniit in juvenute populum: videbatur enim facie Pisistratum tyrannum referre. Cumque ejus vocis suavitate graviore ætate considerarent, linguamque in dicendo rotundam & volubilem, horrebant eam asinuatam. Huc accessit opulencia, natalium claritas, & quorum maxime opes erant, amici: Quare timens, ne in exilium pelleretur, abstinuit se à Republica: in bello fortis fuit & imperterritus. Plut. in Pericle.

CASSIUS SEVERUS orator adè Mirmillonii armentario similes fuit, ut ei pro crimine obiceretur. Plin. lib. 7. cap. 12.

Generosissimus consularis collegio Lenull & Metelli fuit, qui ambo in senam propter similitudinem histriionum propemodum spectati sunt. Sed alter, ex quodam assecclaram, cognomen Spitheris traxit: alter nisi Nepotis à moribus accepisset, Pamphili retiarit, cui simillimus esse ferebatur, habuisset. Val. Max. lib. 9. cap. 3. & Plin. lib. 7. c. 12.

Cn. POMPEI Pater coulque Menogenis coci sui similes esse visus est, ut vir & armis præpotens, & ferax animo, fordium ejus nomen repellere se non valuerit. Val. lib. 9. c. 15. & Plin. lib. 7. cap. 12.

Magno Pompejo Vabius ingenue stirpis, & Publicus libertinus ita similes fuerunt, ut permutato statu, & Pompejus in illis, & illi in Pompejo salutaris possent. Certè quocumque aut Vabius aut Publicus accesserant, ora hominum in se obvertebant, ut quoque speciem amplissimè civis in personis medicibus annotante. Val. lib. 9. c. 15.

M. AGRIPPAM, Agrippa & Julix Augusti filix, quem cum Tiberio adoptaverat, filium, Augustus ob fordium ac ferox ingenium abdicavit, postitque Surennum, vel (ut Tacitus scribit) in insulam Planafiam. Mortuo Augusto, è quodam Tribuno iussu Tiberii est occisus. Tum Clemens quidam Agrippæ servus, domino quantum ad lineamenta oris antine, planè perfimilis, cum se Agrippam esse diceret, atque eo pacto magnam pecu-

A pecuniam constaret, comprehensus tandem a Tiberio, interrogatusque, Quomodo Agrippa factus esset: Eodem (respondit) modo factus sum Agrippa, quo tu Cesar Romanus: sentiens, Tiberium fraude imperatorum dignitatem esse nactum. Itaque iussu Tiberii ipse etiam effe occisus: ut jam Tiberius certus esset, uni sibi semper successione incumbere. Ex Tacito & Diono, Cuspin. A.D.

SPORUS Neronis Imp. libertus, Sabinæ formosissimæ femina ab Imperatore adamatæ fuit permissimus. Quam adeo omnis lineamentis referebat, ut eum execrari iusserit Nero, quo Sabinæ loco pro uxore turpiter eo uteretur. Xiphilinus in Nerone.

Pater Othonis Imp. L. Otho materno genere præclaro, multarum & magnarum propinquitatum, tam charus, tamque non abfimilis facie Tiberio principi fuit, ut plerique procreatum ex eo crederent. Suetonius.

ILLUD in duobus Gordianis memorabile, quod senior Augustus fuit principi tam similis, ut non ore tantum illum referret, sed voce, moribus & statura. Filius Magno Pompejo similis: Tertius Gordianus, quem hic procreavit, Asiatico Scipioni, qui maioris fuit Aphricani frater. Sabel. lib. 6. Eum. 7.

SIGISMUNDUS MALATESTA, Ariminensis princeps, adeo effigie Marchesino minime permissus fuit, ut eum Mediolanum peteret, a fœdere ipsius Francisci Sfortia Mediolanensi duce Marchesinus (ejus enim subpudabat) aliò ablegaretur; nam aliquanto dicacior Marchesinus, ob similitudinem, Sigismundum filium suum esse dicebat. Fulg. lib. 9. cap. 15.

VIDIMUS nos, inquit Fulg. 1. 9. c. 15. Franciscus Sfortia Mediolanensi duci, cuius aspectu nihil gratius, nihil principe magno dignus erat, juvenem in levi ipsius armatura vultu adeo similem, ut aule totius consensu, ob eam similitudinem cognomento Princeps appellaretur: cum Franciscus, upote omni in re humanis finis, non sine voluptate in eo tanquam in speculo imaginem suam, ac plerisque in rebus gestus suos ac vocem, agnosceret, & nonnunquam contempleretur.

JO: OPORINUS typographus Bal. Henrico VIII. regi Angliæ, maxime verò Marchioni Alberto Brandenburgensi adeo similis fuit facie tenus, ut germani fratres videri possent.

MARTINUS GUERRE, & Arnaldus Tillius, forma & oris lineamentis adeo similes fuerunt, ut Martini in militiam profecto, Tillius formæ similitudine Martini uxorem circumveniret, quatuorque ipsius fororibus, aliisque nonnullis propinquis & vicinis impulerit, & aliquot annis conjugali quali consuetudine cum illa veritatis sit. Henricus Stephanus in apologia Herodoti.

Diversa.

Consule Tit. Liv. qui in Clariss. familias se dolo ingerere sunt conati.

SARÆ proconfulis etiam rictum in loquendo, contractionemque lingue, & sermonis multimodum, non imaginem modo, pifator quidam in Sicilia reddidit. Plin. lib. 7. c. 12.

CX. POMPEJUS vultu initio præditus fuit non mediocriter gratioso, qui præveniebat ejus orationem. Nam veteres ejus gravitates erant cum humanitate conjunctæ plenæ, atque in vigore floreque juvenutis, lenis elucebat & regia majestas. Jam modice iurecta coma, oculorumque lenis modulatio reddebat facie ejus uturpatam magis sermonibus, quam representatam cum Alexandri regis staturæ similitudinem: ob quam nomen etiam multis ei Alexandri in principio tribuentibus, non defugit id Pompejus. Unde appellabant quidam eum jam per ludibrium Alexandrum. Quapropter L. Philippus vir consultatus agens pro eo, nihil ait facere se absurdum, quod Philippus cum esset, cupidus foret Alexandri. Flora meretrix formosissimæ, ejus forma mirum in modum tenebatur. Plin. in Pompejo.

TORANIUS M. Antonio Triumviro, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit; tanta unitas erat. Postquam deinde sermone puero-rum detecta fraude a furenti increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretii conquirente (nam ducentis mercatus erat festertis) respondit versutus ingenii mango, ob idipsum ferat vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in illis eodem utero editis: diversarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem. Adeoque tempore ipsam admirationem intulit, ut ille proscipitor animus, modo & contumelia furens, non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret. Plin. lib. 7. c. 12.

Juvenis quidam Romam venit, forma corporis tam similis Augusto, ut omnem populum spectaculi admiratione lu-

spenderet. Augustus re audita, ad se juvenem evocatum in-terrogavit: Fuitne unquam, o adolescentis, mater tua Roma? Sensit ille, quod pergeret: & Minime, inquit, mater, at pater meus sæpe. Facere & illatam suspitionem repulit, & novam peperit; & hæc quidem historia sic in Saturnalibus tradita est. Valer. autem Max. lib. 9. cap. 15. non Augusti, sed inno-minati prætoris: neque matris, sed duorum parum mentionem facit: præterea non Romæ, sed in Sicilia interrogatum respon-sum commemorat. Percontante enim magistratu Roma-nam quendam ejus provinciarum, sibi forma corporis simillimum, & mirari se dicente, unde hæc tanta similitudo, cum pater suus nunquam in Sicilia fuisset: ille respondit, pater meus sæpe Romam venit.

OCCIO Nerone, scribit Suetonius, se adolescentem post viginti annos servum vidisse, quem Tacitus ex Ponto fuisse pro-dit citara & cantu peritum, oris lineamentis Neroni similli-mum: qui se Neronem esse jactabat: à Parthis acceptus, sed à Calphurnio Alprenate postea occisus. Cuspin. A.D.

FORMÆ MUTATIO. PUTA, EX DEFORMIBUS FORMOSI redditi.

ARISTO AGASCLIS F. Rex Lacedæmoniorum, puellam duxit in uxorem, quam Spartanorum omnium virginum fuisse tra-dunt turpissimam, mulierem vero omnium post Helenam for-mosissimam. Ex ea suscepit Demaratum. Paus. in Laconic. Vide Titulum Acquisitio pulcherrimam. EX FORMOSIS DEFORMES.

Huc illud Nafonis de Helena. Flet quoque ut in speculo rugas conspexit amiles Tyndaris, & secum cur sit bis rapta requirit. FORMÆ CERTAMINA. Quere CERTAMEN.

* Fornicatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fornicatio, Græcè πορνεία, & πορνείον, lupanar dicitur, Hebr. זנות. Ose. 4. 11. Zonach meretrix, scortum, fornicatrix; fornicus, stabula, loca furva, obfœca & obfœca cap-tans ad libidines suas explendas, à verbo Zonach, fornicatus est, scortatus est, meretricus est. Cognationem habet cum G verbo Zon, divertit in hospitium publicum. Apud gentes pro-fanas in publicis diversoriis prostituebant se meretrices viato-ribus & aliis pro vilii mercede. Inde prostituta, fornicaria, qua-drantaria, dicitur. Est autem fornicatio, omnis illicitus coitus, ut habetur 31. q. 2. c. Meretrices, §. Qui ergo. Propriè tamen est inordinatus concubitus naturalis, quo solus (solum natura-li usu cognoscitur; solutus, inquam, quolibet vinculo conjugi, consanguinitatis, affinitatis, ordinis, religionis seu voti, qua horum aliqua si comitantur, mutatur peccati species.

Fornicatio, ut habetur 36. q. 1. cap. Lex illa, licet videat-ur esse genus cuiuslibet illiciti coitus, qui fit extra conjugium, tamen specialiter intelligitur in vitu viduarum, vel meretri-cum, vel concubinarum; quinimò sumitur pro quavis specie luxuriæ.

Fornicatio dicitur à fornice, id est, arcu, seu opere concu-merato, ubi Roma fiebat fornicatio, & propriè est soluti cum soluta, secund. B. T. b. 4. sent. dist. 41. art. 4. Fornix dicitur, ut nonnulli putant, à furo. Furnum vero veteres dixere; quasi furnum; & furnum nigrum vel obfœcum dicebant. Suntque fornicus loca in arcuum similitudinem ædificata, subobscura: inde fornicor, quod est meretricor, quoniam meretrices in fornicibus habitare consueverunt: inde fornicat & fornicatio deducuntur; hoc est, meretricat & meretricatio.

ERRORES.

Fuerunt hæretici, qui docuerunt, Fornicationem non esse peccatum: ita Nicolaïta, & mulier illa, que se dicebat Pro-phetem temporibus Apostolorum, de quibus Apoc. 2. Item dicebant Gnostici, qui ob plures impuritates vocabantur Borboritæ, de quibus Epiphani. hæres. 26.

Græci quoque schismatici, teste Guidone in Catalogo. Anabaptistæ nostri temporis vagum admittunt, & promiscuum concubitum, bestias detestiores.

VERITAS.

Fide tenendum est, Fornicationem, hoc est, concubitum solu-tum cum soluta, esse peccatum mortale, ex natura sua, & ex il-lis, de quibus Apostolus: Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur, ad Gal. cap. 5. Et iterum idem dicit: Nescitis, quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tol-lens ergo membrum Christi, faciatis membrum meretricis? Ab-sit.

A sit. An nescitis, quoniam qui adheret meretrici, unum corpus efficitur? Erunt, inquit, duo in carne una. Fugite fornicationem: omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus suum est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? 2. Cor. 6.

Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in flagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Apoc. 21.

In primo Concilio Hierosolymitano decernitur: Visum est Spiritui Sancto & nobis, ut abstineatis vos à fornicatione. Ad. cap. 15.

POENÆ VARIÆ A DEO INFLICTÆ.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Puella in lege veteri sponte in stuprum consentiens, lapida-batur apud Israelitas. Deut. 22. nempe si postmodum se pro vir-gine vendiderit. Jubet Deus. Num. 35. convocari principes, & suspendi fornicatores contra folium. Ut nempe ignominia exponantur, qui non erubuerunt tantum scelus perpetrare. Zamri ingressum ad scortum Madianitidem, occidit unâ cum scorto Phinees: magno zelo, utrumque confodiens.

Quin & tribus Simeon multum imminuta à Deo, nempe 37. millibus, & centum capitibus, ob fornicationem cum Ma-dianitis inuitam, exemplo Zamri principis sui. Num. 26.

Filia sacerdotis, si deprehendatur in stupro, & violaret no-men patris sui, igne exurebatur. Levit. cap. 21.

Judas cum Thamar nuru sua, quam tamen non agnovet-rat, peccans simplici fornicatione, reprehenditur. Genes. 38. HISTORICA ETHNICA.

Apud Romanos, virgines Vethales deprehense castitatem violasse, vivæ in terram desodiiebantur: adulteras tamen feminas morte non pledebant. Adeo, inquit S. Augustinus, gravius putabant adyta divina, quam humana cubilla esse vindicanda.

CHRISTIANA.

Cum ad Ducis iniqui imperium lenones sanctam virginem Flavianam vellent stuprare, vim ei inferre volentes, quicumque manus ad eam contingendam misissent, stupebant nervi eorum, & arebent manus & brachia eorum, & præ dolore ex-intimo corde mugitus reddebant. In vita S. Placidi cap. 12. apud Sur. 5. O. 1.

Cum Aurelianus Imperator Julianum jussisset in lupanari constitui, multi qui circumstant, (scelenti & nefarii homines, certatim contendebant, quis ad eam primus ingrederetur: erant enim velut equi hinnientes, ejus paullæ forma compulli. Mox vero Angelus Domini descendit de celo, & dixit: Ne timeas, Juliana: Dominus Jesus Christus, quem tu colis, mi-serit me, ut te protegam, & sanctum nomen ejus notum faciam omnibus timentibus eum. Cum vero impudici illi à ce-pit illo minime desisterent, Angelus excussit ei pedibus suis pulverem, & in eorum oculos iniecit, ita ut eos excæcarit. Quapropter neque amplius carnebant, ubi essent, aut quò irent, neque ad illam accedere poterant. Id cum turbæ vidissent, quod admirabiliter factum fuerat, uno animo clamabant: Magnus est Deus Pauli & Julianæ, qui ubique eos servat & protegit, qui illum timent. Qui autem excæcati fuerant, flexis geni-bus supplices ejus opem implorabant, dicentes: Juliana, ser-va Dei altissimi, peccavimus quidem contra te, cum stultè at-que insipienter nos gesserimus: sed tu da, quaesumus, nobis veniam, ut Dei serva: & precare Christum tuum, ut nobis visum restituat. Eorum misericordia commota Juliana, paululum aquæ accepit: & cum oculos in caelum extulisset, Deum invo-cavit, ita dicens: Domine Jesu Christe auctor omnium salu-tis, exaudi me, & nunc etiam ostende miracula & prodigia, quæ facis propter nos filios hominum. Restitue his viris fa-cultatem videndi, ut sanctum & gloriosum nomen tuum cele-bretur. Hæc cum dixisset, aquam supra turbas illas infudit, & omnes, qui excæcati fuerant, visum receperunt. Tum illi ad terram prostrati, Deo gratias reddebant penitentiam agentes. Cumque peccata sua confessi essent, Christiani facti sunt. Metaph. in vita S. Pauli & Julianæ Martyrum c. 17. apud Sur. 17. Augusti.

ADELONSO casto & pio Froylani Regis filio, foror erat nomine Xenena, quam Sanctius Comes adamavit, & ex ea filium genuit nomine Bernardum: Rex autem, ut factum compatrimis iratus, Comitem Sanctium in castro de Luna sub juremento perpetuo incarcerationi, & fororem suam in ordinem monasticum truit. Fecit tamen Bernardum delicatè

nutriti; & quia non habebat filium, illum tenerimè diligebat. E-lic Bernardus postquam ad adolescentiam venit, tanto viguit robore, ut nullus miles tunc temporis posset ei viribus adæ-quari. Luc. Tuden. in Chron. Hist. era. 828.

LEO ARMENIUS Imper. etiam non ita prius, tamen in Repub. administranda non fœgis erat, sed acer admodum & vigilans injuriosisque coercerat. Oratus igitur à quodam, qui uxorem à senatore quodam sibi raptam esse querebatur, & addebat, se frustra Præsidis opem implorasse; crimine probato, statim Præsidis potestatem abrogavit, raptoremque legibus punien-dum tradidit. Ioan. Zonar. tom. 3. Ann.

Tempore Michaelis Paphlagonis Imper. Constantinopoli-tani, accidit quiddam memoratu dignum. Barenorum per Provinciam Tracensium in hyberna disperforum, quidam mulierem indigenam solam nactus, de stupro appellavit, ac re-culanti vim inferre aggressus est. Ea barbarum, corpeo viri acinace, in cor ferit, ac statim necat. Quod factum cum per viciniam innotuisset, coivere ceteri Baragi, & mulierem co-ronavere, omnibus etiam bonis ejus, qui ipsam voluerat vi-lare, donatam: ipsam autem insepulchram abjecerunt, ut lex ju-bet eos, qui sibi mortem consciverunt. Ioan. Zonar. tom. 3. An. F. & Cearen.

RODERICUS Gothorum Rex in Hispania, Juliani Comitis Calabriae filiam per vim stupravit. Quæ injuria magis pater ingentes adversus eum Saracenos, & Maurorum copias in Hispania advocavit; à quibus Rodericus cum filio est interfe-cus. Quo factum est, ut imperiam tum Gotli in Hispania amiserint. Feruntur autem caesa ex utraque parte septies cen-tena millia hominum, atque ita ruina & mutatio regni Gotli-cæ extitit à libidinis pena. Ex Ioan. Magno Theaur. Polit. Aporism. lib. 6. c. 2.

REMEDIIUM.

Abbas quidam in vitis Patrum, lib. 5. tit. de fornic. cuidam tentato spiritu fornicationis, hoc de. dit remedium. Scis, inquit, quid fecerint Madianitæ, Num. cap. 15. ornaverunt filias suas, & statuerunt eas in conspectu Israelitarum, non tamen extor-serunt aliquibus, ut miscerentur cum eis, sed qui voluerunt, incurrent in eis. Alii autem indignantes, comminati sunt, & cum inierint coram qui præsumperunt, illi tunc fornicationem: ita agendum est de fornicatione. Et quando initium faciunt loqui in corde tuo, non respondeas eis, ora, & age-penitentiam, dicens: Fili David miserere mei. Optimum verò remedium fornicationis, est fuga.

Fortitudo.

* DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Fortitudo Græcè ἀσπεία, & ἀσπίδιον, fortis & virilis dicitur. Est autem fortitudo, aggressio terribilium, ubi mors imminet propter bonum commune salvandum, secundum Arist. lib. 3. Ethic.

Fortitudo est virtus, quæ animum super periculi metum agit, nihilque nisi turpia timet, tolerat fortiter, vel adversa, vel prospera. Præstat autem fortitudo magnanimitatem, fiducia, securitatem, magnificentiam, constantiam, tolerantiam, firmitatem, secundum Macrobium.

Item est virtus, quæ animi motus in rebus terribilibus, præ-ferent periculis mortis sustinendis, vel repellendis, moderatur, secundum Commune.

Fortitudo est scientia rerum perferendarum, vel affectio ani-mi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore, secundum Cic. lib. 4. Tus. quest.

D. Aug. lib. 83. qq. 9. 3. ex eodem Cicerone illam definit, Consideratam periculorum susceptionem, & laborum perpeti-tionem. Ubi vox (considerata) prudentiam & congruitatem importat.

Fortitudo, animi magnitudo, robur, excellitas, presentia animi, in rebus arduis. Heb. Chazek à verbo Cazak, fortis & validus fit, invaluisti, obfirmatus est. Ab eodem verbo derivatur Chazek, fortitudo, firmitas, robur. Geburah etiam fortitudo dicitur Hebr. quæ est robur animi & corporis, quo alius alium superat. Gibbor prævalidus, qui aliis imperat, & potenter domi-natur, superiorque omnibus modis apparet: à verbo Gabas, superavit, prævaluit, prædominatus est aliis, virtute, potentia, & autoritate superior fuit. In 3. conjugatione Hezobbor, fecit superare, corroboravit. In 4. Hizgabbar, corroboravit se. Deus E. L. Gibbor dicitur, id est, fortis, omnipotens, qui quocumque vult, reddit insuperabiles & potentissimos, qui ipsam novam quadam ratione, quoties ei liber corroborat adversus impios, qui ejus robur contemunt. Vide E. J. 42. 13.

* EJUS

A * EJUS MATERIA ET ACCEPTIO. Accipitur Fortitudinis nomen secundum B. Thomam 2. 2. 9. 1. 23. dupliciter. Primo, pro animi firmitate in bono honesto, quo modo est virtus generalis, objecto & extensione materia. De ita accepta S. Ambrosius.

Non mediocri animi est fortitudo, quae sola defendit ornamenta virtutum omnium, simulque & iustitiam custodit, & quae inexpiabili praedio adversus omnia decerat, invicta ad labores, fortis ad pericula, & rigidior adversus voluptates, ut avaritiam effugiat tanquam labem quandam, quae virtutem effeminat. Ambrosius lib. 1. de Off. Et iterum:

In duobus generibus fortitudo spectatur animi. Primo, ut exteriora corporis pro minimis habeat, & quasi superflua despicenda magis, quam expectanda ducat. Secundo, ut ea, quae summa sunt, omnesque res, in quibus est honestas, praedicta animi intentione usque ad effectum profequatur. Ibid.

Itaque secundum Ambrosium complectitur fortitudo omnem virtutem, ut cui proprium est facere, ut sumitur inherens nostro objecto.

B Secundo pro animi firmitate in sustinendis & repellendis iis, in quibus difficillimum est animum regere, & statum rationis retinere, ut sunt pericula mortis. Hanc enim dicimus fortitudinem ex analogia ad fortitudinem corporis.

Itaque fortitudo versatur immediate circa passionem timoris & audaciae in periculis mortis, debita rationis mensuram sibi insitam illis imprimendo, ut respondeant virtuti fortitudinis, & doceant vitam fortem. Proxima illius materia est timor, audacia, & tristitia in periculis mortis, ut quibus moderatorem imprimere conatur. Remota materia, est externa actio, & compositio, ut fuga, aggressio, gestus corporis. Remotissima, sunt ipsa pericula.

Exhinc colligas, apertissime definiti fortitudinem, quod sit virtus quae motus animi in rebus terribilibus, praesertim periculis mortis, sustinendis vel repellendis moderatur.

Consulatur locus de Constantia. Martyrio. Contemptu divitiarum. Patientia. His enim modis haec virtus exercetur.

FORTITUDINIS. CONSTANTIAE RELIGIOSAE VIRTUS.

C EXEMPLA ADSERTA EX SACRA SCRIPTURA.

Hac virtute munitus erat Abraham: cum enim audisset, nepotem suum Lot captum esse, assumptis vernaculis suis, & aliorum alius, irruit nocte in quatuor Reges, qui ceperant illum, & percussis hostibus rediit. Genes. 14.

DAVID adhuc adolescens, palens patris sui gregem, fortiter superavit, & interfecit leonem, ursum, & postea Goliath Philistinum. 1. Reg. 17.

SAMPSON leonem manibus inermis laceravit: & alia multa fortitudinis opera fecit. Iudic. 12.

Viginti juvenes ex his, qui cum Juda Machabaeo erant, accensis animis propter hostium blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incedentes ascendebant. 2. Machab. 10.

Admiranda fuit constantia & fortitudo septem fratrum Machabaeorum, necnon matris eorum, quae filios hortabatur ad mortem potius, quam contra legem peccarent. 2. Machab. 7.

Quanta fuerit D. Petri, D. Joannis, & aliorum Apostolorum fortitudo, videre est ex Actibus eorum. Act. 4. & 5.

Quam fortis constantique fuerit D. Paulus, perspicere licet ex eius epistolis & Actibus Apostolorum. 1. Cor. 11. Act. 6. 20. & 21.

EX HISTORIIS.

Admirabilis Eusebii Episcopi Samosatensis, strenuus veritatis pugil, cui commune decretum de coessentialitate creditum erat, cum cerneret conventus non stari, revertitur in commissa sibi urbem. Sed Ariani meuentes a scripturae testimonio, persuasere Imperatori (Constantino nimirum), qui Episcopos cogebat coessentialitatem abnegare) ut ad Eusebium mitteret illos, qui celeriter responsa solent referre, quod crebro in cursu equos mutant: quorum cum unus cum Imperatoris mandatis ad illum venisset, Non est integrum mihi, inquit admirabilis Eusebii, resistere commune depositum, nisi congregatis universis qui mihi commiserunt. Quo renunciato, inflammatus ira Imperator, litteras illi misit, quibus petebat decretum sibi mitti, cum adjunctis minis; si faceret, amissurum eum dextera manu. Hac tamen ad perterrendum illum tam vehementer scriperat; nam tabellario, ne faceret, fuerat imperatum. Cum igitur resignatis litteris vidisset divinus homo, quid supplicii interminaretur sibi Imperatori, prolata una cum dextera manu etiam leva: Seca, inquit, ambas, nam commune decretum non restitui, tam clarum testimonium Arianae praevitatis. Hanc illius cognitam fortitudinem admodum admirans Constantius, laudare nunquam admodum & inimici admirantur adversariorum excellentias, compulsi magnitudine actionum. Theod. hist. Eccl. lib. 1. cap. ult.

VALENS Imperator cum in Thraciam venisset, Constanti-nopoli diuissimè moratus, belli gerendi rationes inibat. Interea Trajanum ducem cum exercitu adversus Barbaros mittere. Qui cum victus reversus esset, convitia illi Imperator facere, & exprobrare mollitiam ac timiditatem cepit. Tum ille liber, ut virum fortem decebat: Non ego sum victus, inquit, sed tu victoriam corrupisti, Imperator, qui adversus Deum aciem intrusisti, & fortunam belli concilias Barbaris. Quia enim tu bello persequeris cum, transit ad Barbaros, quem & victoria sequitur, consequunturque eam Deo duci parentes. An te fugit, quos Ecclesius exegeris, & quibus illa commiseris? Hac ita le habere affirmabat & alii duces, Arintheus & Victor, perebantque ab Imperatore, ne succederet reprehensionibus conjunctis cum veritate. Idem lib. 4. cap. 29.

ISIDERUS Persarum Rex variis tormentis frustra tentavit pugilum martyrum fortitudinem. Inter alios fuit illustris admodum Perca nomine Hormida, genere Achemenides, cujus pater praecipuus gesterae praturus. Hunc cum Rex cognovisset esse Christianum, accessum abnegare jubet Servatorem Deum. At ille, neque justum esse, neque utile imperium regis dicere: Nam si quis didicerit omnium rerum Dominum Deum contemnere, & illum abnegare, facile ipsum etiam Regem despecturum esse, qui certe homo sit, mortalis conditionis. Quod si penna dignus imperat. Post multos vero dies despicens de testudine Rex, vidit optimum illum virum utulatum solis aestu, & pulvere respersum; non recordans paterni splendoris, accessit ad se indutum linea tunica mandat, rati quae cum priore malo, tum illa sua benignitate mollitum esse animum ipsius: Nunc saltem, inquit, contentionem pone, & abnega fabri filium. Sed Hormida divino repletus fervore tunicam dirupit, & abiecit cum his verbis: Sideo me sperasti pietatem deserturum, & habe tibi donum tum una cum impietate. Hac illius vita fortitudinis, Rex ejecit regia nudum. Theod. lib. 5. hist. Eccl. cap. 28. Trip. 1. 10. cap. 31.

VALENTINIANUS junior a Justina matre in haeresi Ariana educatus, cum Ambrosio super opinione, qua imprudens imbutus fuerat, communicat, ratus, si eum in suam sententiam perduxisset, facile se alios superaturum. At vero Ambrosius revocat eum in memoriam pietatis paternae, & ut hereditatem, quam ab eo acceperat, integram servet, cohortatur. Exponit ei praeterea doctrinam differentiam, & quomodo haec cum doctrina Domini, & Apostolorum praedicatione consentiant: illi legibus Ecclesiae, Spiritus sancti infiniti sanctis, perspicue repugnent. Adolescens vero, utpote adolescens, & a matre errore cecata incitatus, tantum aberat, ut Ambrosii assentiret orationi, ut etiam iracundia inflammatus, Ecclesiae parietes turmis pedum, tum gravi, tum levi armata rectorum circumfunderet. Ubi autem fortissimum illum Christi bellatorem his rebus minime perterrere videt (eas enim pro larvis, quae ad terrendos adolescentulos obijci solent, habebat Ambrosius) tandem bile commotus, palam dat ei mandatum, ut e facris templi vestibulis egrediat. Tum Ambrosius: Non sum, inquit, volens istud facturus, neque ovile ovium traditurus lupis, neque blasphemiae auctoribus sacrosanctum Dei templum proditorus: sed si libet me interficere, hic intus vel gladio, vel cuspidis hasta confodiet. Sum enim cupidus & libenter hanc eadem excepturus. Theod. lib. 5. hist. Eccl. cap. 13. So-crates lib. 5. cap. 11.

EO tempore, quo Valentinianus Imperator adhuc juvenis in Italia erat, Justina ejus mater cum Arianis sentiens, negotium facebat Ambrosio Mediolanensi Episcopo, & Ecclesiam disturbabat, Nicæna dogmata alterare, & magno studio Ariminensis synodi fidem confirmare fatagens. Cum autem Ambrosius contrarium ageret, molestè ferens, accusavit eum apud filium, quasi contumelia ab illo affecta esset. Valentinianus

ANUS accusationem hanc veram esse ratus, militum copias, tanquam injuriam matri allatam ulturus, ad Ecclesiam mittit. Illi Ecclesiam obidentes, violenter irumpunt, & Ambrosium eadem hora in exilium eum abducenti trahunt. Plebs Ecclesiae circumfusa militibus resistit, proutque mori statuit, quam sacerdotem negligere. Ob hanc causam Justina magis adhuc incensa, conatus suos lege promulgata corroborare studeat. Accerit ad se Benivolus, qui tum legum scriptoribus praerat, jubetque, ut quam velocissimè legem conscribat, qua fides in Ariminensi synodo lecta confirmaretur. Quum ille rem hanc detrectaret (adharebat enim Ecclesiae Catholicae) hortatur eum, & majoris honoris promissionibus allicit. Benivolus verò detrahit sibi ipsi cingulum ante pedes Imperatricis projicit, dicens, se neque praesentem sibi, neque ampliore aliquem honorem pro mercede impietatis vendicaturum. Cum itaque ille haudquaquam quod imperatrix volebat, facere sustineret, alii ad legis hujus positionem serviant. Lex illa hortatur eos, qui cum Ariminensi synodo, & illis qui postea Constantinopoli congregati fuerunt, sentiebant, ut intrepidè convenirent: ac mortem illis comminabatur, qui vel id impedirent, vel legi illi adversarentur. Sozom. lib. 7. hist. Eccl. cap. 12.

S. DANIEL, unus de septem martyribus, qui in Cepta Africae civitate coronati sunt, ad fidem Christi praedicandam missus, & coram Agareno regi concessus, dicebat ei intrepidè, atque constantissimè haec verba repetebat: Nihil inferius terra, nisi mors & inferi: quae videmus hic fragilia signata esse, & inania simulacra. Ure, tunde lanis; idola tua non adorabimus, Christum verum Deum confitebimur cum Patre & Spiritu sancto unum. Potes corpora ista absumere, facere autem, ut aliud sentiamus aut loquamur, non poteris: quò magis nos affligis, magis aeterna vita dignos efficis: dum nocere arbitraris, produs: tua fœvita, nostra est gloria, quia solti de terra, ad caelum tollemur: libet interim, ut cum Christo vivamus: Ita nos in isto die agone voti nostri compotes erimus. Lib. 2. hist. Seraph.

CUM Arcehilas Comes, tyrannus, Ruffinam & Secundam forores virgines a virginitatis palma quam Deo consecraverat, & ab amore & cultu Christi filii Dei separare conderet, tum Donatus ejus praefectus Secundam jubet acciri, ut Ruffina soror ejus, ipsa praefectus, flagellis caederetur. Spectabant enim sacrilegi illi, Secundam terrore prostratam, ipsorum perfusionibus assenturam. Ut vidit autem Secunda Ruffinam flagellari, clamavit ad Judicem: Quid agis sceleratissime, hostis regni caelorum? Cur fororem meam gloria afficis, me vero ejus gloriae tuam infamia superat. Secunda respondit: Nec foror mea infamia est, nec ego infamia, sed ambe Christianae sumus, & justum est, ut simul cedamus, quae pariter Christum Dominum confitemur. Gloria enim nominis Christiani verberum ictibus augefcit, & tot concillat coronas sempiternas, quot temporatis flagellorum ictibus pulsatur. Praefectus dixit: Hortare potius sororem tuam, ut vos ab hac injuria vindicetis, & sponsis vestris cum gloria nobilitatis vestrae restituantur. Secunda respondit: Vanis terroribus niteris, & irivolis promissionibus uteris. Nobis virginitatis dignitas adeo comperta est, ut magis optemus occidi, quam nos vinci patiamur. Praefectus ait: Si invitis vobis erepta fuerit virginitas, quid factura estis cum Christo? Secunda respondit: Virginitas in corde puro exhibetur Christo filio Dei. Non potest virgo vitam perdere integritatem, si nolit à justitia deflectere. Vis autem illata persequationem adfert, permissio palmam praeparat. Tu in consensum nostrum arma cepisti, ut cogas vel, quod nolumus, & iis rebus delectari, quas execramur. Admove ignes, gladios, flagella, saxa, fustes & virgas. Quot tu penas inferes, tot ego martyrii nostri gloriae numerabo. Quoties tu in nos violentia uteris, toties ego martyrii compungo palmas. Nostra enim gloria est pena, quam Christi amore perperimus: nec poterit corruptio dici, quae pro mentis tuenda integritate non timet sui corporis facere jacturam. De consensu enim apud Deum judicabitur, si quis voluntate dilexerit. In vita eorum apud Surium tom. 4. fol. 10.

S. IGNATIUS Antiochenae Ecclesiae Episcopus, cum Romam duceretur ad bestias, Christianis ibi degenibus scriptis hoc pacto: Ex Syria Romam versus iter instituis, terra, marique noctu, interdiu, cum bestis confingo, decem leopardis archè colligatus: hoc est, satellitibus, qui ad me deferendum apponuntur. Qui sanè multis à me beneficiis affecti, multo sunt

deteriores se vioreque. Eorum injuriis, quibus me afficiant, in dies magis magis erudior, verum ne ob id quidem justificatus sum. Optarem jam bestis illis trui, quae ad dilaniandum paratae sunt. Mihi est in votis eas reperire brevi, quas planè blandè compellabo, ut me carpit & abique mora devorent; neque à me dentes abstineant, ut à quibusdam, quos metu percellat non audent attingere. Quod si ille reculent me adorari, ego ipse eas instigabo. Date vos mihi veniam. Quid mihi sit profuturum, equidem non ignoro. Jam incipio Christi discipulus esse: facelat à me rerum omnium five oculis subjectarum, five earum quae vitis aciem fugiunt, admiratio, ut Jesum Christum assequar. Ignis, crux, bestiarum conficiationes, ossium distractiones, concisiones membrorum, totius corporis tanquam molitae farinae attritiones, omnia denique suppliciorum genera à diabolo excogitata, in me coacerventur, ut Jesum Christum dumtaxat adipiscar. Euseb. lib. 3. Eccl. hist. cap. 30.

IRRUERAT Galerius cum praefecto Asclepiade in Antiochenorum urbem, eo proposito, ut omnes ibi ad abnegandum Christum amissis & vi cogeret. Fortè tum Christiana plebs in caetum convenerat. Illic accurrit Romanus, nuntians F adesse eos qui impetum in Christianis essent facturi. Adhortatur, ne trepidet, aut imminente periculo cedant. Asclepiades in equaleo eum suspendi & evicere iussit. Sed quia vit erat primarius, quem tali affici supplicio non licet flagris & plumbatis caedi mandat. Ille inter ictus gaudens hymmum dicit, ac nequaquam sibi nobilitatis nomine parci jubet: Absit, inquit, ut me nobilem festum parentum quiesceret, aut lex curiae generosa Christi secta nobilitat viris. Deinde ingenti animo & libertate in praefectum invehit, & Deos Ethnicorum risu exagitans, Deum Christianorum solum, verum, pia & proluxa oratione praedicavit. Qua vehementer offensus Asclepiades, latera ejus mucronibus scindi iussit. Sed Romanus: Gratias, inquit, ago tibi, o praefecte, quòd amplioris mihi oris patefecisti meatus, quibus Christum praedicare possim: Tot ecce laudant ora, quot linc vulnera. Repressus hac cum stantia praefectus, à torturis quiescere licetores iussit, & ignem minatur, illud addens: Christum recentem esse, cum gentium dii venustate commendentur. Nactus hinc occasionem Romanus, longa oratione de aeternitate Christi, de assumpta natura humana, de morte & satisfactione Christi disputavit: & ad pueri septennis judicium provocavit, quae aetas nec odium nec vitium aliis obnoxia est. Asclepiades est turba statim puerum accessit, in Romani conspectum fistit. Querit is: Dic fili, utrum tibi videatur verum esse & congruens, unumne Christum, & in Christo Patrem colere, an adorare deos infinitos? Respondet puer: Illud certè, quidquid est, quod Deum esse homines perhibent, unum esse necesse est, quod cum uno unicum sit: cumque Christus hoc sit, Christum esse verum Deum necesse est: Plures enim Deos nec nos pueri credimus. Stupens ad Praefectum, querit, quo ista auctore didicerit? Respondet ille, Ex matre, à qua simul cum lacte haussisset, Christo credendum esse. Asclepiades puerum in sublimè arripit mandat, & matre spestante, lotis durissimè caedi. Sola Mater de filio datum spectaculum sine fluru intueatur: quin & aquae haustum poscentem filiolum objurgat: Calicem eum expectaret, quem occisi in Bethleem olim bibissent infantes, lactis & papillarum immemores. Haec respiceret, qui cum immolandus aram & ensem aspexisset, nitro colla praebuisset. Interea cutem cum capillis à vertice tortor revellit, acclamat mater: Patere fili, mox enim ad eum venies, H qui caput nudatum nunc tuum per contumeliam, regio vestiet diademate. Ad haec & alia, matre monente, puer lætus virgas & dolores vulnerum ridet. Praefectus, quia nullis tormentis puerum vinci cerneret, in carcerem eum concludi praecipit, Romanumque tanquam mali hujus auctorem acerbius torqueri iussit. Ducuntur tandem ad supplicii locum simul. Romanus ait: Appello ab ista tua, praefecte impie, crudelitate, ad Christum meum: non quòd mortem meam, sed utroproberum, quam nihil hoc sit, quod tu perdicas. Pervertunt ad caedis locum est: puerum, quem in complexu mater foras exulit, carnifex poscit dat illa, praeter oculum nihil morata. Et, Vade, inquit, nate dulcissime. Cervicem cum ense carnifex ferit, accinit illa: Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus: Ecce servus tuus, & filius ancillae tuae. Haec ubi dixisset, caput amputatum pueri in pallium explicitum excipit, & pectori applicat. In altera parte pyra ignens construitur, in quam incoctus Romanus, futurum dixit, ut non cremaretur. Imber coortus ignem extinxit. Carnifex linguam Romano excicat: loquitur ille nihilominus. Christum, inquit, loquenti lingua nunquam desuit.